

catem humili deuotione depono, quatenus filium meum, cum competentis pecunie pondere, in consortium vestrum suscipiatis, vt vobiscum degere queat, & Deo ac beato Svberto, quam diu presentem lucem carperit, sedulum prestare obsequium: quia clericus & musicus probatus est, & plurimum affectat vobiscum seruire Deo, & S. Swiberto. Tali quidem viri versuti circumuentione deuotorum fratrum delusa est innocentia, & clericus in eorum contubernium est receptus. Interiecto deinde admodum paucorum dierum curriculo, nocte quadam, cum fratres ad nocturnas vigilias surgerent, Conradus in medio ipsorum est collapsus. Fratres huiuscemodi visione obstupesciti & perterriti, huc illucque diffugerunt: vnus solus cum eo remansit, & quantum potuit eum adiuuit. Igitur cum morbus quotidiano incremento clericum grauius affligeret, tadium maximum parturiuit. Denique a Collegio honorabilium fratrum est segregatus, & ab Ecclesia & communi mensa remotus, Conradus vero clericus, videns se despectum, & ab aliis separatum, grauius tulit, & vt ad seculum fugeret, aut in aquis se suffocaret, in conscientie sue secretis tractauit. Cum autem fere per vnus anni spatium huiuscemodi tentationibus vreretur, nocte quadam, dum in fratrum suum dormitum isset, & S. Swibertum, sicut solitus erat semper, deuote pro remedio sue horribilis infirmitatis inuocasset, vidit in somnis S. Swibertum, Pontificalibus indutum, adstantem, sibi que dicentem: Quare cor tuum multis illicitis cogitationibus dilaniare non formidas? Quare votum tuum frangere desideras? Quare ad seculum fugere disponis? Quod Deo non coactus promissisti, indefesso cursu adimplere festina: non enim bona incipientibus, sed in bonis perseuerantibus meritorum premia conferuntur. Et scias quia ab hac hora infirmitas tua a te recedet, ita vt amplius ad te redeundi, nullum omnino accessum habeat. Vade ergo & dic fratribus meis, vt de cetero te permittant interesse diuinis & generali refectioni. His dictis, benedicens ipsum, recessit ab eo. Pandit visionem, creditum est sibi ita factum esse, & receptus est honorifice denuo in consortium fratrum, laudantium Deum in pietate S. Swiberti, dilecti patroni ipsorum. Sanatus igitur in anima & corpore, cum omni mentis viuacitate & virium facultate, se Deo & eius seruitio totum dedit, & in virtutibus acquirendis tantam ab illa die obtinuit gratiam, vt inter ceteros fratres, vite sanctissime itinera sectantes, haberetur probatissimus & diligentissimus, vt a saepe dicto patre Theodorico, Priore Monasterii S. Svberti in Werda, sub testimonio virtutum celorum audiui. Deus procul dubio est laudandus, qui facit mirabilia magna solus, qui sibi seruietes sic honorat, & post vite cursum in celo coronat: qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

*Hac sunt specialia, venerabilis Pater & dilecte confrater, qua iuxta tua, tuorumque fratrum petita de exaltatione, Canonizatione & miraculis S. Swiberti in scripta dignum duxi redigere, & tua Sanctitati transmittere: qua sane vt ante dixi, a veridicis didici & audiui, & probatissima ac verissima sunt, vt testor Deum & omnes Sanctos eius. Fiunt vero plura alia communia miracula quotidie in eadem, claudis, & variis oppressis languoribus coram sacrosanctis reliquiis eius, qua causa breuitatis pretermitto. Petid igitur attento corde, vt ea libro sanctissima vita eius adiungere & communicare fratribus tuis, tam in Traiecto, quam in Dockem & in Egmonda, & in ceteris tuae diocesis Ecclesiis digneris, vt Deus, qui est super omnia benedictus, & in Sanctis suis laudandus, glorificetur per omnia secula seculorum, Amen.*

## XXIII

## EXCERPTA

## EX

## OPERE JOHANNIS RHODE

## ARCHIEPISCOPI BREMENSIS,

*Quod a nonnullis CHRONICON appellatur & inscribitur:*

REGISTRVM BONORVM ET IVRIVM ECCLESIE BREMENSIS,

Ex MSto.

*De obligatione Archiepiscopi Bremensis ex juramento Henrici Administratoris & Archiepiscopi.*

**H**Go Hinricus de Svartzeborob, Administrator & Archiepiscopus iuxta tenorem literarum Apostolicarum Sancte Bremensis deputatus &c: Prætere ad hoc, quod tabula seu Majestas argentea maioris altaris ecclesie Bremensis aut tumba, in qua corpora Sanctorum Cosme & Damiani in eadem Ecclesia quiescunt, ac etiam imagines argenteæ, videlicet caput Sancti Bartholomei Apostoli, in qua reliquie, de capite ipsius Apostoli recondite sunt, & Salvatoris nostri de sepul-



sepulchro resurgentis lapidem de Sancto sepulchro Dominico in se repositum continens; nec non brachium Sancti Petri Apostoli, in qua reliquæ de suo brachio conseruantur; seu quicquam ex illis in toto vel in parte aut quisquam ex lapidibus pretiosis in tumba vel imaginibus ipsis positus impignorentur vel vendantur, aut quomodocunque alienentur seu extra Civitatem Bremensem, præterquam in processionibus solennibus, sub periculo perditionis vel alienationis portentur; nunquam consentiam vel assentiam, directe vel indirecte, nutu, signo, vel facto, Nisi forte tanta calamitas aduersus ecclesiam Bremensem insurgeret, quod ipsius Clerum propterea ab ipsa Civitate recedere contingeret; Quo casu licebit tabulam, tumbam & imagines huiusmodi non alienationum causa sed conservationis duntaxat extra dictam civitatem transferri. Quinimo ne tabula, tumba & imagines ipse ut præmittitur impignorentur, vendantur, alienentur, seu deportentur pro posse impediam; nec à sede Apostolica vel alias quidquam supra huiusmodi relaxatione iuramenti impetrabo, aut per alium impetrato seu etiam motu proprio concessio utar. Præmissa omnia & singula Juro ad Sancta Dei Evangelia, per me corporaliter manu mea tacta fideliter & firmiter observanda. Sic me Deus adjuvet & hæc Sancta Dei Evangelia. In cuius rei testimonium Ego Henricus prædictus præsentem paginam sive formam Juramenti sigillo meo roboravi. Datum: Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, die vero vicesima prima Mensis Martii.

*Ego HINRICUS manu propria  
scripsi usque ad Sigilli ap-  
pensionem.*

**I**tem Electus vel Postulatus in Archiepiscopum Bremensem non debet introduci vel ad possessionem Castrorum admitti, nisi domini de Capitulo sint certificati de confirmatione ipsius: quia si sibi traderentur Castra, & impedimentum aliquod in confirmatione interveniret, quis potest eum amovere, quia turpius ejicitur, quam non admittitur hospes. Habita autem confirmatione, & præstita cautione de observandis articulis in iuramento contentis, tradantur sibi Castra: Habita autem possessione Castrorum præstabit sibi homagium, & dant iocundum adventum excepto Capitulo.

Item Juramentum supra scriptum corporaliter præstabit Bremensis suo Capitulo tempore, quo sibi castra traduntur.

Item, quod velit abstinere à qualibet exactione illicita subditorum.

Item, quod velit abstinere à quacunque Ecclesie mobilium & immobilium alienatione.

Item quod non velit inferre guerras vel cuiquam bella movere absque Capituli scitu & consilio.

Item quod non velit alicui Castra Ecclesie committere, vel impignorare, vel ad possidendum dare, nisi prius habeat & recipiat literas reversales sufficientes necessarias, & quod prius illi, quibus castra committuntur titulo pignoris, vel quocunque alio modo, præstent fidelitatis iuramentum.

Item quod non velit bona Ecclesie etiam minima committere aut ad possessionem dare, Nisi prius habeat & recipiat literas Reversales necessarias.

Item quod non velit quæcunque inphodare, nisi prius sit securus fidelitatis iuramento & literis reversalibus; & si Secretarii in hoc sint negligentes, ut sæpius fit, ipse tanquam caput & principalis pro tali negligentia responsurus, non erit negligens; si periurii, reatum non vult incurrere.

Item, nullum Litonem manumittat aut libertati condonet, nisi de consensu Capituli; nec unum pro alio commutabit; & præcipue Castellani pro tempore Castra Ecclesie tenentes hoc facere non debent nec possunt.

Item, quod velit iura Ecclesie amplare, & ea non minuere nec detrahare illis.

Item, quod nemini ad certos annos impignorare aut committere velit castra Ecclesie aut Jura & bona, sed semper sibi reservare potestatem liberam, illa reemendi & recuperandi in meliori formâ, quodcunque valeat &c.

Item non permittere aliquem Vasallum vel alium quemcunque ædificare fortalitia in terris Ecclesie, nisi recipiat prius quam iste Vasallus incipiat ædificare, ab eo in phendum tale fortalitium, nec postea vendant ea Principibus vel communitatibus circumiacentibus in detrimentum Ecclesie, prout sæpius factum est.

**I**N nomine Domini Amen &c. Ad perpetuam rei memoriam &c. Cum transgressor rationabilis & honestæ consuetudinis non minus quam violator Juris puniatur: Ne igitur quisquam in nostra ecclesia prædicta beneficiatus, prætextu ignorantie ab observandis laudabilibus & rationabilibus eiusdem nostræ Ecclesie consuetudinibus se excusare habeat & valeat; præsentium tenore easdem consuetudines de libro Statutorum nostrorum extractas & conscriptas duxi.



duximus declarandas. In primis igitur à capite nostro Archipræsule incipiendo, ex quo membra sine capite consistere non possunt, & caput se membris conformare tenetur, conscribendum duximus, quæ in Ecclesia nostra & diuinis officiis Archiepiscopum concernunt qui, velut reliqui Canonici & beneficiati in religione, Ecclesiam suam visitabit in habitu decenti, prout Principem ecclesiasticum decet, & missam & alia divina in ordine & gradu per se vel per vicarium suum, tanquam ceteri Canonici, observabit vel observari faciat; Et si in præmissis negligens fuerit per Decanum Seniore vel Capitulum vocatus venire & de huiusmodi negligentis respondere tenetur. Item in die Iovis sancta crisma conficiet & consecrabit vel per Vicarium & suffraganeum suum in Pontificalibus consecrari & confici faciat. Et si præsens fuerit in cenâ domini in officio tunc causa humilitatis, exemplo Domini, lavabit pedes Canonorum. Qui si præsens non fuerit, tunc suffraganeus Archiepiscopi hoc faciat. Qui si ambo non affuerint, Præpositus Maior & eo absente Decanus vel Senior Canonorum hoc faciat. Item Ordinandos per Diocesim Bremensem in vigilia Paschæ & in aliis temporibus, à Iure statutis, ordinabit vel ordinari faciat per prædictum suum Vicarium & suffraganeum in Pontificalibus; & reliqua omnia ad officium Archipræsulis spectantia: In cimiteriorum reconfiliationibus & aliis exercebit vel exerceri faciat absque pecuniæ exigentia. Idem Archipræsul divinum cultum augmentare, Ecclesiam Bremensem præcipue & omnes beneficiatos in eadem & omnes Ecclesiasticas personas, cuiuscunque gradus, status vel conditionis fuerint, per totam Diocesim Bremensem defendere debet, ut tenetur. Et si in his & in aliis negligens fuerit vel remissus, per Capitulum monitus & vocatus venire ad locum Capitularem, & in huiusmodi negligentis se emendare tenetur.

Item Ecclesiæ libertatem & Ecclesiasticam immunitatem manutenere, confovere ac pro posse defendere tenetur.

Item Prælatos in eorum Iurisdictionibus nec impedire nec turbare debet, qui solitis libertatibus & omnibus immunitatibus libere gaudere debeant in civitate Bremensi & extra.

Item Archiepiscopus nullam habet iurisdictionem in Prælato (Præposito) maiorem, dummodo stare voluerit determinationi Decani, Senioris & Capituli, coram quibus Præpositus maior respondere tenetur & semper paratus erit.

Item Archiepiscopus nullam habet Iurisdictionem divisim in Decanum Seniore & Canonicos, nec non in clerum maioris Ecclesiæ; Sed Archiepiscopus recognoscet illam iurisdictionem communiter & coniunctim competere Decano Seniori & Capitulo, prout iam dudum ex longæva consuetudine legitime præscripta tentum & observatum est.

Item Statuta Canonice edita, & omnia rite & legitime statuenda, nec non consuetudines & observantias Capituli & Ecclesiæ Bremensis coniunctim vel divisim confirmare & affirmare, nec non approbare tenetur in omnibus & per omnia, prout sunt hæcenus observata, & affirmata, observata & affirmata usque in hunc diem in quibuscunque articulis & sub quacunque forma verborum nec eis contravenire.

Item Archiepiscopus ordinabit Officium Curie Bremensis virum literatum, expertum, bonæ vitæ & honestæ conversationis, Deum timentem.

Item reliquos Officiales & Castellanos omnes ordinabit de scitu & consensu totius Capituli tam maiores quam minores, qui iurabunt Capitulo, quod nullum Prælatum vel beneficiatum in aliquo gravare & Colonos & agricultores eorum in solitis & pristinis libertatibus tueri & defendere velint & eorum bona in nullo gravare.

### Officia.

**D**at Drosten Ampte hefft een Ertzebisshup to lehnende und dat hefft nu Herr Johan de Clauer, unde dar horet tho alle hier na beshreven steith.

Item dat Schenke Ampt hebben von Oldinges gehat de van Gropelinge, spectant ad istud officium infra scripta bona.

Item dat Putken Ampt hebben de van Borch.

Item dat Kokemester Ampt de Schulten.

Item dat Vronen Ampt hebben de Boyen nunc illi de Schonbek.

Item dat Kemerer Ampt hebben nhu de van Lunenberghe;

Item dat Brodspenner Ammet.

Desse vorgeschreven Ampt hebben de Rittershup des Stichtes gehat, unde sind wol beguldet gewesen, wor dat gut gebleven is. &c.

Item Officium Marefcalci habent nunc Vasalli de Bachtenbrock ab Archiepiscopo. Et non possunt alienare neque impignorare aliqua bona ad huiusmodi officium spectantia, & Senior vel ille cui de tali progenie tale officium est commissum, tenetur totiens quotiens Archiepiscopus Electus & confirmatus fuerit, & aliquam civitatem intraverit, deferre gladium ante eundem Archiepiscopum & præcipue in prima sua solenni introductione, ut infra clarius patet.

*Infra*



*Infra scripta sunt bona pbeudalia, ut patet in antiquis  
registris Ecclesia.*

**D**ecima in Motzele; Molendinum in Weyge; Item Curia in Blendern; Judicium in Ahufen pertinet ad mensam Archiepiscopalem; Dux domus in Dreye; Item Decima in Nygenlande & iudicium ibidem; item IIII domus in Huchtingen cum decima; item decima in Woltmershusen; Item decima in Buren, & quasi tota villa: Item dux domus in Mandorff, item una domus in Arbergen, & decima ultra XIII. quadrant. supra Geten, quas tenet Conradus de Verden in Pheodum ab Archiepiscopo; Item curia in Rinsbergen cum pertinentiis; Item Campus domini Arnoldi; item Campus infra villam Geten, quam tenet Johan Brand ab Archiepiscopo in pheodum; Item dux domus & una terra in Uthbremis, quas tenet Gerardus Munter, pertinentes ad mensam Archiepiscopalem, quondam Johan Gronynck; Item Navigium & Theolonium in Lesmonia pertinet ad mensam Archiepiscopi; Item tota villa in Hepstede & --- redditur & ultra in Comitua Staden, ibi quondam fuit unus Avocatus, qui vocabatur Stromeyer: Item dux domus in fine villæ Heckeslinge, quas nunc tenet Poppendick à nobili de Depholte, & pertinet ad mensam Archiepiscopi; Item XII domus [in] nova terra in Parochia Berne, quas tenet *domicellus de Delmenborst*, & pertinent ad mensam Archiepiscopi; Item advocatia Lechteren pertinet ad mensam Archiepiscopi; Item unus mansus in Sehehusen, quem colit Sprock, & Rippe in Bremen tenet in pheodum, de quo procuratur forum Archiepiscopo.

Item Navigium & Theolonium Lesmonis in Borch, cum omnibus suis iuribus & pertinentiis ab utraque parte fluminis, cum salvo conductu & aliis, quæ ad merum dominium pertinent, spectat ad Archiepiscopum Bremensem. Super quibus facta est concordia inter Dominum *Albertum Archiepiscopum* & Consulatam Bremensem Anno Domini MCCC LXXXVII sub certis pactis, ut in literis desuper confectis patet, quæ concordia mox post decessum Alberti, tempore Ottonis immediati sui successoris per Consulatam Bremensem sine scitu & consensu Capituli, clam & occulte datis muneribus & corruptionibus, immutata, variata & obumbrata est, ut Bremense navigium & theolonium præfatum exquisitis ingeniis, more eorum solito, sibi perpetuis temporibus usurpare possent, pro ut nunc apparet, & manifeste constat. Nam quod pie defunctus dominus *Albertus* bonæ memoriæ de scitu & consensu Capituli sui Consulatui Bremensi concessit, ut transitum continue meabilem per Lesmoniam construerent pro utilitate Reipublicæ, reservata sibi medietate Theolonii, hoc ipsi nunc perpetuo usurpare volunt, quemadmodum multa alia & infinita iura ecclesiæ usurpaverunt. Omnipotens provideat Ecclesiæ de remedio. Est enim stupenda res, quod ita excoacti sunt, quod spoliant illum parte sua, qui eis totum tribuit, & à quo totum habent.

Item: *Alle Ströme und Water* komen eenen heren deses Landes to, den behoren se theuorbiddende, unde nemand mag dar veste offt Molen up Buen, dat en schehemit der herschup willen.

Item De *Wind* kumpt der herschup to, unde nemand mag wind möhlen buen buten der herschup willen, und offt de vve buvvede, offt buvvet hadde, mag een here deses Landes de noch vorbeden, so vacken vvol geschehen iss.

Item Ein Ertzbisshup hefft dat *Leide* to, geuende, dorch unde Wedder dorch duth land up der heerstrate, unde in allen enden deses Stichtes, dat mag unde kan een Ertzbisshup eenem iederman vvoll vvarende vvesen, und offt dat vve breke, de vvere vve de vvere, den schal und mag een Ertzbisshup up dat hochste straffen.

Item: Deue Misdededer, offt anders vvelcke, de oueldad deden, mag een Ertzbisshup haben, touen unde gripen laten dorch sine Vogede unde Dener auer dat gantze Land, dat sie in vves richte dat dat sy, unde laten de nach Verdeenste straffen.

Item Een Ertzbisshup iss *de overste Richter* in dessem Lande, unde offt ein Gudman vvene in sinem richte vvonende hedde, de undact dede, dat he nicht straffede na Landrechte, dat schall unde mag een Ertzbisshup als de overste straffen, vvente een Ertzbisshup hefft de oversten Richtvvalt auer alle, vvor een Gudmann de finen nicht en straffet.

Item De Stichtesmanne de richte in dessem Lande hebben, de richten auer de Buren na Landrechte, unde hebbt dar nicht mede to don, de dat, de straten, dat gelede offt ander Herligkeit deses Stichts andrapet.

Item Offt vve vven ermordete in dessem Lande offt buten dessem Lande up der heerstrate, by der herstrate offt van der herstrate unde queme in eins Gudmans Richte, den mag een Ertzbisshup straffen teuen unde behanden laten, sunder iemandes infage, unde vvene dat nichten vvere, vvo konde een here denn de strate reene holden unde eenen ievvelcken des geleides vvarende vvesen.

Item Alle de Stichtsmann de Veste offt vvoninge hebben, de moten se van enen Ertzbisshup entfangen offt von enen anderen heren; Alse *de bude* unde *de Sandtbeke*, gaenthe lehne van enem Praveste van Osterhove; de *Kerffbruyck* van enem Abte to sunte Pavvell;

*Horne*



*Horneboreh* van enem Abte van Herseueelde; de andern vvaninge unde veste alle van enem Ertzebisshuppe.

Item *de Kranenborg* geit tho Lehne van enem Ertzebisshuppe, unde ifs myt vwillen unde vveten ens Ertzebisshups gebuuet.

Item *Brokbergen* mogen de van Brokbergen nich verkopen, ock in nene fremde hande bringen, edder dat nemande upstaden noch heren edder stede buten vveten unde vwillen eens Ertzebisshups unde des Cappillels na lude der breve up der Tressekamer.

Item vvo dat umme den *Ostenbagen* ifs, findt men in sündergen Privilegien unde breven vvol.

Item: Alle de VVaninge unde gudt, dat *de Greve van Stotel* to lenende gehatt hefft, dat geit alle van enem Ertzebisshup tho lehne, vvente de gantze *Herschup van Stotel* unde alle vvat ein Greve van Stotel gehat hefft, hort nu dem Stichte, uth bespraken vvat dat Kloster van Sünthe Pavvel davan hefft.

Item *Nuckel, Duringen* kamen alle dem Stichte tho.

Item oft een vrombt man queme in dat Sticht van Bremen, de undaet gedaen hadde, he hadde gemordet, stolon ofte brand, vvat undaet he gedaen hadde, unde vvurde behardet, touet ofte gegrepen in dem Stichte van Bremen in eins gudemans rechte, edder oft ome tee folgede, deme he vves entromdet ofte genamen, edder schaden gedaen hadde, de one touen Lethe; den mysdeder schal nemand richten ofte richten laten, sündern den schal man senden den Amtblüden unses heren, de hebben dat auergerichte bauen alle in dessen lande van des Stichts vvegen; de gudenmanne de scholen auer ores richtes Insaten richten unde auer anders nemande; Duth holdt men so in allen Landen, unde ifs allerydt hie so gehalten unde moth seck ok anders nicht gboren. De Stede holdet dat anders, dat kumpt süs by, binnen Bremen hefft dat Stichte dat richte unde enen Vaged Darfülves, So ifs dat einerley gericht; De van *Stade* hebben ok sünderge Privilegia up dat Richte, de van *Buxtehude* hebben dat gericht nicht, sunder dat hefft de Molen Voget van des Stichts vvegen.

*Infra scripti tenentur prestare iuramentum fidelitatis  
Archiepiscopo Bremensi.*

**E**pisopus Sverinensis consuevit prestare iuramentum fidelitatis Archiepiscopo Bremensi tanquam suo vero Domino & immediato superiori suo Metropolitanano à quo semper confirmationem suam recipere consuevit, licet nunc summus Pontifex sibi istam reservavit.

Item *Episcopus Ratzeburgensis* etiam confirmationem suam à suo Metropolitanano recipit, & de iure communi sic tenebatur, antequam Papa sibi reservavit.

Item *Episcopus Lubicensis* similiter confirmationem suam à suo Metropolitanano recipere consuevit & fidelitatis iuramentum sibi praestitit.

*Juramentum Episcopi Sverinensis.*

**E**go Nicolaus Episcopus Ecclesiae Sverinensis ab hac hora in antea fidelis ero, Reverendissimo Patri & domino, domino Gerardo Archieleto & confirmato Ecclesiae Bremensis eiusque successoribus canonicè intransibus. Non ero ei contrarius in consilio vel in facto, consilium, quod mihi crediturus est, per se vel per nuntium suum vel literas nemini pandam. Vocatus ad consilium eius veniam nisi praepeditus canonica praepeditione, possessiones ad me & ecclesiam meam pertinentes non vendam nec impignorabo, nec in pheodabo, nec aliquo modo alienabo, Romano Pontifice vel Metropolitanano meo inconsulto, sed alienata pro meo posse recuperabo, et haec omnia fideliter servabo, Sic me Deus adiuvet & sancta Dei Evangelia. In cuius rei testimonium sigillum meum praesentibus est appensum. In castro *Buzov* Anno Domini Millefimo quadringentesimo quadagesimo quinto Mense Augusto die vicefima septima.

Juramentum praedictum prestare consuevit Episcopus Sverinensis Archiepiscopo Bremensi tanquam suo vero Domino & immediato superiori & Metropolitanano, à quo semper confirmationem suam recipere consuevit.

Simile Juramentum *Episcopus Ratzeburgensis* & *Episcopus Lubicensis* praestiterunt, mutatis mutandis.

*Infra scripti tenentur adhuc Confirmationem suam recipere ab Archiepiscopo Bremensi & praestant Iuramentum fidelitatis Domino Bremensi.*

**A**bbas beatæ Mariæ Virginis extra muros Stadenfes.

Abbas S. Pauli extra muros Bremenses.

Abbas in Rastede in Cometia Oldenburgensi.

Abbas Montis Sancti in Cometia Hoyen.



Præpositus Bremensis, antequam principales dignitates in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis fuerant reservata, recepit confirmationem suam ab Archiepiscopo Bremensi & præstitit sibi iuramentum fidelitatis. Similiter Præpositus ecclesiæ beatæ Mariæ Hamburgensis & omnes alii Prælati habentes principales dignitates in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis.

Prædicti Prælati non recipiunt de cætero confirmationem ab Archiepiscopo Bremensi, obstante reservatione, quia Papa reservavit sibi & suæ dispositioni omnes principales dignitates omnium Ecclesiarum, tam Metropolitanarum quam Cathedralium & Collegiatarum.

Decanus Bremensis quando per electionem assumitur, tenetur confirmationem suam recipere ab Archiepiscopo Bremensi & præstabit sibi iuramentum fidelitatis; Si verò sibi auctoritate Apostolica fuerit provisum, tunc non præstat iuramentum, licet tenetur, & olim præstare consuevit. Cæteri Prælati, qui alternatis vicibus ad eorum dignitates assumuntur vel eliguntur, præstant omnes iuramentum fidelitatis Archiepiscopo. Hi omnes consueverunt recipere confirmationem ab eodem:

Decanus Hamburgensis cum per electionem assumitur, tenetur recipere confirmationem suam ab Archiepiscopo Bremensi.

Decanus S. Stephani Bremensis similiter.

Decanus S. Anscharii ibidem.

Decanus Ramelsloensis.

Decanus Buccensis.

Decanus Oldenborgensis.

Decanus Repesholtensis, licet nunc Ecclesia Repesholtensis est desolata & totaliter annihilata, & Præposituræ S. Stephani & Oldenburg incorporata & annexa vel unita. Item Decanus in Delmenhorst tenetur confirmationem suam recipere ab Archiepiscopo Bremensi.

Præpositus in Bartesholme tenetur confirmationem suam recipere ab Archiepiscopo Bremensi.

Præpositus S. Georgii Stadenfis.

Præpositus Mönialium in Tzeuena.

Præpositus in Osterholte.

Præpositus in Hilgenrade.

Præpositus in Nienwolde.

*Sequuntur Collationes dignitatum officiorum & beneficiorum.*

**A**rchiepiscopus Bremensis habet conferre in Ecclesia Bremensi Scholastriam Bremensem.

Item thesaurariam ibidem.

Item habet conferre Canteriam in Ecclesia Bremensi, si Decanus & Capitulum eligunt, custodem, quem confirmat.

Item Archiepiscopus Bremensis habet conferre Archidiaconatum *Hadelerie & Wurztatze*, quando vacat ordinarie; Sed quando auctoritate Apostolica sibi provisum fuerit, non præstitit Domino Bremensi Juramentum fidelitatis, licet teneatur præstare.

Item cum Archidiaconus *Hadelerie* auctoritate Apostolica assumitur ad huiusmodi Archidiaconatum; Tunc Archiepiscopus Bremensis potest committere alicui Canonico emancipato, cui voluerit, officium Vice-Domini vel Vice-Dominatus, quod officium hucusque semper commissum est Archidiacono *Hadelerie & Wurztatze*. Quam autem jurisdictionem habeat Vicedominus in Ecclesia Bremensi, patebit infra. Et iste Vice-Dominus habet conferre perpetuam Vicariam sanctæ Trinitatis in Ecclesia Bremensi.

*Infra scripti præstant omnes Juramentum fidelitatis.*

Item suffraganeus vel Vicarius in Pontificalibus præstat Domino Bremensi Juramentum fidelitatis.

Item Officialis generalis Curie Bremensis.

Item omnes Commissarii.

Item omnes Consilarii.

Item omnes officia habentes.

Item omnes Castellani.

Item omnes Advocati.

Item Advocatus maior in Bremen.

Item Theolonarius in Vorde tenetur præstare iuramentum fidelitatis.

Item Theolonarius in Stade.

Item Theolonarius in Hamborch.

Item



Item de Muntevester tho Bremen.

Item de Muntevester tho Stade.

Item de Mester Kok tho Vorde.

Item de Schluter, Beerchluter unde Brotschluter; Item de Backmester unde Beckerknecht; Item de Portener unde Wechter; Item de Mullener; Item de Havemeyger; Item de Scholemester; Item alle Bordevogede.

Item omnes *Judices superiores* in terra *Kedinga* nuncupati *Greven*, quorum tres vel quatuor pro tempore statuuntur & deputantur, hi omnes præstant Domino Bremensi fidelitatis Iuramentum.

Item præfatis quatuor vel tribus Comitibus deputatis à Domino Bremensi, ut præsent, terræ *Kedinga*, eligit Communitas ibidem in adiutorium duodecim, qui dicuntur Capitanei, hi iudicant cum Comitibus & ingerunt se iudicio absque approbatione Domini Bremensis.

Item Iudices Schulteti in terris inferioribus, scilicet *Bilkow*, *Bedelhem*, *Kedingbroke* &c. Item in *Geverstorpe* & *Auerendorpe*; hi omnes præstant Iuramentum fidelitatis.

Item omnes inferiores Iudices, quocunque nomine censeantur, siue *Gogreven* siue *Advocati* omnes præstabit Iuramentum fidelitatis.

Item *Superiores Iudices* in Veteri terra in Vulgari dicti *Greven*, iudicant omnes causas; Sed communitas per circulum anni quosdam, qui dicuntur *Burgimagistri* & *Capitanei*, quicquid ipsi fecerint & iudicant, hoc ratum haberi volunt. &c.

### *Victor Papa donavit Ecclesia Bremensi Abbatiam in Herssevelde.*

**V**ictor Episcopus servus servorum Dei dilecto filio *B. Abbati Hersseveldensi* & universo conventui eiusdem Monasterii Salutem & Apostolicam benedictionem. Venerabilis frater noster *H. (\*) Bremens: Archiepiscopus* multo servitio multaque devotione promeruit, ut à sede Apostolica charus habeatur, inde est quod personam suam intima dilectione amplectentes *Hersveldensem Abbatiam* ei & Ecclesie Bremensi concessimus & donavimus & Apostolicæ sedis privilegio confirmavimus. Tibi ergo & fratribus tuis tam futuris quam præsentibus autoritate beatorum Apostolorum Petri & Pauli & nostra, per præsentia scripta præcipimus, ut memorato fratri nostro suisque successoribus, tanquam domino & Pastori vestro debitum obsequium & reverentiam exhibeatis. Data Papæ XII. Kal. Martii.

### *De Abbatibus Hroffseveldensi (Hersfeldensi) & Rastadensi.*

**V**ictor Episcopus servus servorum Dei Venerabili fratri *Hartwico Bremensi Archiepiscopo* eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Quotiens illud à nobis petitur; quod religioni & iustitiæ convenire monstratur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desiderii celerem præbere consensum. Ea propter charissime in Christo frater tuis rationibus diligenter auditis, & Ecclesie tuæ privilegiis solerter inspectis honorem seu dignitatem, quam tui Præcessores super tribus Episcopalibus Sclavorum videlicet *Altenburc*, [id est *Lubec*] *Michelenburc* [id est *Sverin*] & *Rasteburc* [Razeburc] habuisse noscuntur; personæ & Ecclesie tuæ duximus confirmanda. Igitur secundum formam privilegiorum beatorum Patrum & antecessorum nostrorum *Gregorii*, *Sergii*, *Nicolai Benedicti*, *Adriani*, *Victoris*, *Stephani* & *Innocentii* tibi tuisque successoribus canonice intransibus & sanctæ *Hamburgensi* seu *Bremensi* Ecclesie prædictos Episcopatus & omnia, quæ à prædictis patribus per memorata privilegia concessa sunt præsentia pagina confirmamus: *Abbatiam* quoque *de Herssevelde* tibi tuisque successoribus concedimus & donamus, censu pro eadem ecclesia *IV Bisantiorum* tibi sedi Apostolicæ pro te & per tuos successores pro annis singulis persolvendo. Præterea, *Abbatiam de Rastad*, (\*\*\*) quam Ecclesie tuæ tempore felicitis memorie *Adriani* Præcessoris nostri novimus esse subtractam, tibi & Ecclesie tuæ restituimus & præsentia privilegio confirmamus. Statuentes ut nulla Ecclesiastica secularisve persona hoc nostrum privilegium infringere vel violare præsumat, sed hæc & omnia quæcunque largitione Regum, concessione Pontificum seu aliis iustis modis *Bremensis* ecclesia consecuta est, & quæ in posterum favente Domino poterit adipisci, habeat, teneat, & possideat perpetuo profutura. Si quis autem huic nostræ institutioni temere contraire temptaverit, nisi præsumptionem suam, secundo, tertiove commonitus, congrua satisfactione correxerit, reum se existere divino Iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo sanguine & corpore domini nostri *Iesu Christi* alienus fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem *Bremensis* ecclesie Iura servantibus sit pax domini nostri *Iesu Christi*, quatenus & hic fructum bonæ

K k 2

(\*) *Hartwicu.*

(\*\*) *Rastede.*



bonæ actionis recipiant & in futurum æternæ pacis præmia fortiantur Amen. Datum *Papia* per manum Godefridi sanctæ Romanæ ecclesiæ Notarii, Anno Dominicæ incarnationis Millesimo Centesimo Sexagesimo. Indictione septima.

*Super confirmationem Abbatis in Herzevelde.*

**V**enerabili suo domino *H. Dei gratia sanctæ Bremensis ecclesiæ Archiepiscopo E. Decanus* totumque eius Ecclesiæ Capitulum ad beneplacita paratum, obsequium & orationes in Christo. Cum confirmatio *Abbatum Herzeveldensium* & ipsa Ecclesia ad nos spectet pleno iure, quod ius antecessores nostri à tempore, cuius non extat memoria, iuste & pacificè possederunt; Supplicamus vestræ reverentiæ devotione qua possumus, ut, sicut tenemini, ius nostrum & ecclesiæ nostræ in dicta ecclesia Hertzeveldensi, prout invenistis, illæsum saluum in omnibus conservetis; proinde toto conatu & posse vobiscum labores subire volumus & expensas. Alioquin, si vellet ad partem aliquam aliam declinare, quod absit, ut ius nostræ Ecclesiæ læderetur, hoc salva vestra gratia non possemus aliquatenus pertransire. Imo ius Ecclesiæ vestræ & nostræ pro loco & tempore si necesse fuerit apud sedem Apostolicam defendemus unanimes & concordēs, & propter hoc, si in ea parte à nobis discordare volueritis, dominationem vestram nolumus offendisse. Datum *Bremæ* ultimo die mensis Aprilis Anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo.

*Revocatio exemptionum concessa & publicata per Martinum quintum  
in Consilio Constantiensi Anno eius primo die XXI Martii  
M CCCC XVIII.*

**M**artinus &c. Attendentes quod à tempore obitus *Fr: Sc. Gregorii Pape XI* præcessoris nostri, nonnulli Romani Pontifices aut pro Romanis Pontificibus se gerentes & in suis diversis obedientiis reputati, pro sua voluntate, aut importunitate petentium, nonnullas Ecclesias, Monasteria, Capitula, Conventus, Prioratus, Beneficia, loca & personas à Iurisdictione exemerunt ordinariorum, tempore Domini Gregorii nullatenus exempta vel exempta, de novo in dictorum ordinariorum præiudicium: volentes huiusmodi præiudicio obviare omnes exemptiones ecclesiarum Cathedralium, Monasteriorum Capitulorum, Conventuum, Præpositurarum, beneficiorum, locorum & personarum quarumcunque &c: Si ex prædictis aliquod Monasterium fuerit exemptum & postea subiectum monasterio diversi habitus vel coloris à tempore obitus dicti Gregorii XI per quoscunque pro Romanis Pontificibus se gerentibus, etiam si per nos approbata fuerint ex recta scientia vel... parte non vocata de novo facta, quæ tamen ante exemptionem huiusmodi nulla exemptione gaudebant, sed simpliciter subiciebantur ordinariæ Iurisdictioni, nullumque ante illud tempus initium habuerunt; exceptis etiam exemptionibus quæ uni toti ordini & qui in Ecclesiis, Monasteriorum, Capitulis, Conventibus, beneficiis, sive locis, à prædicto tempore sub exemptionis modo aut conditione fundatis; aut contemplatione novæ foundationis seu universitatibus studiorum generalium aut Collegiis Scholarum aut per modum confirmationis augmenti, factæ fuerint aut concessæ; aut super quibus præsentibus & auditis, quorum intererat, autoritate competente ordinatum fuerit ----- & omnes exemptiones perpetuas per inferiores à Papa factas, sacro approbante consilio revocamus, etiamsi super ipsis lis pendeat indecisa, ipsam penitus extinguentes, Ecclesias, Monasteria & alia loca prædicta in pristinam Ordinariorum Iurisdictionem reducimus: Cæteris autem exemptionibus ante obitum dicti Gregorii habitis vel concessis nullum volumus per hoc præiudicium creari. Insuper non intendimus exemptiones de cætero facere nisi causâ cognitâ, & vocatis, quorum interest. *Dat. ut in lit.*

Item quod *Abbas Herzeveldensis* ostendat suum privilegium exemptionis. Item à quo summo Pontifice est exemptus: Item quo anno exemptus sit, qua occasione: Item Exempti in multis casibus subsunt ordinariis, ut patet.

Item ex quo Monasterium *Rosseveldense* semper fuit subiectum Archiepiscopo Bremensi, tanquam suo vero ordinario, nescitur, qua occasione exemptum est.

*DE PONTE ET THEOLONIO PER LESMONIAM.*

**A**nno domini M CCC LXXXVII In Crastino Sanctæ Crucis Inventionis *Albertus Archiepiscopus Bremensis* circumventus per suos consiliarios Dominum Rembertum de Monnickhusen et Johannem de Hutnatele Canonicos Ecclesiæ Bremensis tunc temporis consiliarios suos fidelissimos, qui pretio corrupti impetraverunt pro Bremensibus construi pontem trans *Lesmoniam*, ubi Ecclesia Bremensis habuit portum tutissimum & accessum ad Civitatem Bremensem. Item habuit ibidem merum dominium, item Vectigal & Theolonium cum omnibus Iuribus, quæ ad principem pertinere possunt, & quæ regalia concernunt, sub certis tamen pactis & conditionibus, quæ Bremenses minime servaverunt, usque in hunc diem, ut patet in literis & sigillis; desuper requisiti sæpius, penitus non curant; induraverunt, non



non volentes servare pacta, nec literas nec sigilla &c: Iste locus fuisset aptissimus domino Bremensi & toti patriæ ad construendum ibidem regale Castrum, quod fuisset iugum totius terræ. Ibidem Dominus Bremensis habuisset optimam residentiam apud suos, præcipue apud Capitulum, cum quo colloquium quotidie habuisset, sine fatigatione & labore, quod Bremenses timuerunt, & Archiepiscopum prævenerunt: Et per prædictos suos consiliarios corruptos procuraverunt, ut patet in aliis contractibus cum Domino Ottone successore suo.

Item tota terra Bremensis Ecclesiæ, conclusa inter Albeam Lesmoniam ac Wifferam, fuisset sub dominio Domini Bremensis, non modicum annuatim in Theolonio, non modicum in piscaturâ &c: dominus Bremensis habuisset. *Wurfati, Hatbeleri, Kedingbi*, & omnes inhabitantes terras istas non habuissent accessum ad civitatem Bremensem nisi de scitu & consensu Domini Bremensis. Item quanta autoritas, quanta Iura & inenarrabilia bona ab Ecclesia Bremensi per istum contractum maledictum, per istos corruptos consiliarios sunt alienata, non est ad plenum lamentandum. *Henricus* bonæ memoriæ Administrator ecclesiæ Bremensis potuisset tempore suo prædicta Iura & bona recuperasse, etiam à quibusdam suis consiliariis monasteriensibus circumventus, qui corruptionibus non modicis corrupti fuerunt. Prædictus *Henricus* non fuit verus Pastor, sed mercenarius, alias recuperasset Iura & bona Ecclesiæ. De reliquis non multa sunt scribenda. Non sufficio ad plenum narrare, dicere, nec conqueri, quantum detrimentum Ecclesia Bremensis tunc sustinuit, quando *Albertus* Archiepiscopus istum munitissimum locum ostium & portam terræ ab Ecclesia alienavit, non in modicum detrimentum & damnum Ecclesiæ. Heu! heu! dolendum valde est, taceo de partibus infra.

Item castrum *Delmenhorst* favore & auxilio communitatis Bremensis ædificatum & munitum est, ut eorum dominum impedirent, ne securum aditum haberet ad castrum & oppidum suum *Wildeshusen*.

Item castrum *Herpsede* etiam favore & auxilio præfatorum ædificatum est occasione præfata, quod volens impedire Archiepiscopus, ne *Comes* in fundo Ecclesiæ Castra & munitiones construeret, per Bremenses impeditus est, clausis eorum portis ad multos dies, tandem volens facere transitum per *Wifferam*, Bremenses venerunt Comiti in auxilium & novam munitorem defendere contra eorum dominum ausi fuerunt: Et sic Archiepiscopus compulsus retrocessit ad Castrum *Vorde*.

Item castrum *Vrowdenberg* eorundem favore & auxilio in fundo Ecclesiæ in advocatia *Wildeshusen* ædificatum est intentione præfata, ut minueretur dominium Ecclesiæ & autoritas.

Item multis conatibus & exquisitis ingeniis cum quibusdam Vasallis Ecclesiæ sæpius tractaverunt, dummodo ipsi adhuc Castrum *Langwedell* detinebant, ut infra Bremam & *Langwedell* posset aliquod fortalium ædificari, quo mediante secluderent eorum Dominum, ut non pateret sibi aditus transeundi & redeundi &c. timentes in futurum Castrum præfatum redire ad Ecclesiam, prout divino favore factum est, ipsis invitis ut patebit &c.

Item quod voluerunt semper habere aditum & exitum & noluerunt circumcingi castris Ecclesiæ, confidentes magis de extraneis principibus & dominis, quam de eorum vero Domino, patet in multis, quare procuraverunt alienari quidem castra ab Ecclesia, ut invito eorum Domino aditum & exitum semper haberent.

Item vacante sede Bremensi per obitum *Baldewini* Archiepiscopi bonæ memoriæ, Proconsules Bremenses procuraverunt eligi *Gerardum de Hoya* Præpositum Bremensem in Archiepiscopum, & clam inscio Capitulo pactum cum eo inierunt, ut si per eorum promotionem eligeretur, non deberet redimere Castrum *Langwedell*, hoc literis & sigillis corroborare compellebatur. Et postquam electus fuit, plurimum de hoc doluit, & sæpius conquerebatur, dicens se invite hoc fecisse literæ desuper adhuc apud Consulatam conservantur.

Item ad suggestionem Bremensium multa notabilia Iura & bona Ecclesiæ Bremensis &c. castra, dominia, iudicia temporalia &c. alienata sunt, ut Bremenses minuere valeant potentiam & autoritatem Archiepiscopi Bremensis, quæ tamen ad præsens modica est, nisi Deus dominus eam respirare faciat, sic quod ipsi valeant dominari, & eorum domino imperare; dicuntur subditi, sed nomine solo; non curant esse pares eorum domino, sed sui præceptores superiores & Imperatores.

Natura non permittit, sed abhorret, quod inferiores debeant esse pares superioribus suis, Lucifer similis esse volens altissimo deiectus cecidit & cum eo turba copiosa.

Item anno Domini M CCC XXXIII *Stadenfes* confederaverunt se cum quibusdam militaribus Ecclesiæ Bremensis sine scitu *Borchardi* Archiepiscopi, qui propterea eos impetit, coram quibusdam nobilibus Ecclesiæ Bremensis, videlicet *Rodolpho de Depholte, Christiano de Delmenhorst Henrico de Bruckhusen & Gerardo de Hoya*, in loco Capitulari, super qua impetitione præfati Nobiles una cum dominis de Capitulo & ministerialibus Ecclesiæ deliberaverunt & concorditer pronuntiaverunt talem confederationem illicitam fore nec fieri debere sine consensu Archiepiscopi. Nunc subditi non verentur se confederare cum inimicis Ecclesiæ etiam in factis, quæ notabiliter sunt contra Ecclesiam, quod valdè damnosum & detestandum est.



## JURA ET BONA ECCLESIAE BREMENSIS.

**A**Nno Domini DCC LXXVIII. Piiſſimus *Karolus Imperator & Francorum Rex Inſignem* Eccleſiam Bremenfem fundavit & eandem large & pie dotavit, ut patet in literis & privilegiis, ſigillis aureis ſigillatus, in armario & theſaurario eccleſiae praefatae reſpoſitus & reconditus. Primo dotavit eam multis iuribus privilegiis & libertatibus à flumine *Emefe* uſque ad flumen *Warmenowe* iuxta ripam *Wirre*, tam in ſpiritualibus quam temporalibus, & omnes terras aſſignavit eccleſiae Bremeniſi tam in paſcuſ, pratis, paludibus, nemoribus ad partem Auſtralem, ab alia parte *Wirre* ad partem Aquilonarem. Primum ad flumen *Wömme*, deinde à flumine *Wömme* uſque ad *Oſtam*, & ab *Oſta* uſque ad latiſſimam paludem dictam *Grotmoer*, uſque ad mare Oceanum. Item contulit eccleſiae Bremeniſi *Emesgoa, Wangiam, Laram, Oſtringiam, Ruſtringiam, Stadlandiam, Stedingiam, Slütter &c.* prout latius in fundatione &c. Et ex quo Saxones ſubiugavit & ad fidem convertit, Eccleſiam Bremeniſem ab eo fundatam ſuper omnes eccleſias Borealium partium exaltare & dotare ſtudiit & voluit, prout manifeſtè patet in ſuis actibus præclaris.

## DE CIVITATE BREMEN.

**P**rimo igitur inſignis & regalis Civitas Bremeniſis, quæ eſt caput totius Dioceſeos, ubi ſedes eſt metropolitana, quam *Carolus prænomiatus* ibi fore conſtituit, pleno iure tam in ſpiritualibus quam temporalibus ad eandem eccleſiam ſemper ſpectavit & pertinuit, & adhuc ſpectat & pertinet. Et quo tempore eadem Civitas & à quo Archiepiſcopo ædificata eſt & quomodo per intervalla temporum incrementum cepit & quæ iura, quæ bona eccleſia Bremeniſis in ea habuit, & adhuc habet, patebit infra. Quia Civitas Bremeniſis fuit principium & origo plantationis eccleſiae prædictæ, cum aliis eccleſiae pertinentiis, quæ breviter & ſummarie ſuperius nominatæ ſunt, & infra latius exprimuntur.

## DE CIVITATE HAMBURGENSE.

**I**tem inſignis & regalis antiquiſſima civitas Hamburgeniſis non eſt de iuribus & pertinentiis eccleſiae Bremeniſis delenda, ex quo pleno iure & dominio ad Eccleſiam Hamburgeniſem & Bremeniſem ab initio, poſt ipſius Hamburgeniſis translationem ſemper, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus pertinuit, & adhuc pertinere deberet, niſi iniuſtè per *Comitem Holſatiae* occuparetur. Nam *Gerhardus* bonæ memoriæ Archiepiſcopus Bremeniſis commiſit civitatem prædictam vel oppidum prædictum *Adulpho fratri ordinis Minorum* tunc *Comiti Holſatiae, Patri nobilium virorum Johannis & Gerardi Comitum Holſatiae*. Per hanc commiſſionem ſine ſcitu Capituli factam, alienata eſt Hamburg ab Eccleſia Bremeniſi, quamvis cauſa ſæpius commiſſa eſt, & totiens quotiens reclamatum in Capitulis provincialibus Hamburg & in aliis locis celebratis, & per hoc præſcriptio interrupta eſt per crebras proteſtationes &c. Et vide infra, quæ iura & quæ bona Eccleſia Bremeniſis ultra *Albeam* in prædicta Civitate & circumquaque intra & extra habuit & adhuc habet.

## DE CASTRIS ECCLESIAE BREMENSIS.

**I**tem de caſtris Eccleſiae in prima plantatione nihil determinatè ſcribere valeo, ex quo antiqui patres non in caſtris, ſed in civitatibus & opidis ſecurè reſidebant, & gentium vocationi inſiſtebant, quare de numero caſtrorum vel urbium in prima fundatione Eccleſiae & de multitudine vel paucitate eorum, à quo & quo tempore fundata & ædificata ſunt, vel quomodo & quando ad eccleſiam pervenerunt ad præſens explicare non eſt neceſſe. Certitudo illorum & de his reperitur in literis & privilegiis, de quibus ſupra ſit mentio, & infra in ſuis locis patebit: eſſet longum & ſuperſuum hic inferere.

Nam Eccleſia Bremeniſis aliquando abundavit, aliquando defecit, aliquando incrementum recepit, aliquando detrimentum; ſecundum varietatem temporum Eccleſiae, etiam prosperitas variabatur; nunc abundavit, nunc defecit; ſic ſtatus Eccleſiae Bremeniſis ab initio vacillavit, quemadmodum adhuc in parte cottidie fluctuat. Barbaricus furor & Principum Tyrannides in primâ & novella plantatione ſæpius eandem Eccleſiam infeſtavit, nunc ſubditorum rebellis & adverſa voluntas eam aliquando moleſtat & infeſtat in non modicum ipſius detrimentum. Et quamvis de numero Caſtrorum & de multitudine bonorum eiſdem & de iuribus illius multa & varia eſſent ſcribenda, non tamen expedit. Nam rerum irrecuperabilium ſumma felicitas eſt oblivio. Quantis tamen iuribus, privilegiis & bonis abundavit illa inſignis eccleſiae Bremeniſis non valet lata carta comprehendere. Dolendum eſt valdè de tam irrecuperabili detrimento. Neſcio cui adſcribenda eſt tam nociva negligentia, Domino vel Capitulo, uterque fortassis non eſt ſine culpâ. Inveniuntur tamen excuſandi, tum propter multorum negotiorum occupationem, tum propter Principum circumiacentium infeſtationem & ſubditorum interdum rebellionem. Nam Eccleſia Bremeniſis non habuit, interdum tam nocivos perſecutores & inimicos, quam proprios ſubditos, qui eiſ incrementum



mentum valdè odio habuerunt, & eius profectum impediverunt, quemadmodum adhuc hodie aliqui latenter faciunt. Non permittunt eam ad tranquillitatem nec ad pacem, ac ad prosperitatem pervenire, & hoc cum quadam callidâ & simplici apparentiâ, & sunt illi, qui non infimum, sed cum summis & maioribus locum tenent, ac aliis præferuntur. Nam malivolis maior reverentia causa timoris exhibetur. Non est mirandum, antiquitas hoc modernis reliquit. Quid considerationis in se habet, scit ille, qui nihil ignorat.

*Sequuntur nunc opida munita, & quæ iura & bona Ecclesia in istis habet vel habuit, quando edificata sunt, à quo & quo tempore ad Ecclesiam pervenerunt.*

## DE OPIDO STADE.

**P**rimo Stadium illud insigne & regale opidum, tam in spiritualibus quam in temporalibus ad Ecclesiam Bremensem pertinet, & multis annis pertinuit ultra quadringentis annis; quod Anno Domini Millesimo centesimo octuagesimo tempore *Sifridi Archiepiscopi filii Alberti Marchionis* pervenit ad Ecclesiam Bremensem, licet de prædicto Oppido cum suis attinentiis magna & longa fuit controversia, antequam Stadium & *Dithmercia* adiudicata sunt Ecclesie Bremensi. Nam postea præfatum Opidum cum *Dithmercia* per *Fridericum Imperatorem* in solemnibus Curia Erfurdensi, deinde apud Hildensem sub data Millesimo centesimo nonagesimo secundo adiudicata sunt Ecclesie Bremensi. Item prædictum oppidum Stade & portus multis privilegiis abundant, quibus adiacent *Antiqua terra* ab una parte, & ab alia parte tota *Kedingia* usque ad Oestam, quæ terræ ad Ecclesiam cum Stadio & cum toto dominio pertinent.

## DE TERRA KEDINGIA ET DE VETERI TERRA.

**I**tem, quæ iura & bona Ecclesia Bremensis habet & habuit in *Veteri terra* & in *Kedingia*, patebit infra. Sunt tamen quædam iudicia & bona impignorata, quædam ad tempus vitæ quibusdam commissa, quædam in feudum data, quædam pro damnis quibusdam in obsequiis Ecclesie passis pro certa pecuniæ summa vel ad tempus assignata, qui ea minime restituere curant, literæ reversales desuper non reperiuntur. Constat tamen quod ad Ecclesiam Bremensem pertinent & pertinuerunt.

## DE OPPIDO BUXTEHUDE.

**I**tem Oppidum *Buxtehude* iudicium, theolonium & piscatio cum loco & mero dominio, pertinet ad Ecclesiam Bremensem.

Item Molendinum cum omnibus suis attinentiis cum Advocatia in *Toibe* & bona circumquaque, quæ pro maiori parte distracta sunt per Castelanos in *Hareborch* & *Messeborch*. Item nemora ad dictum Molendinum spectantia penitus sunt annihilata. Item istud oppidum est noviter munitum, & dudum antequam per *Gisilbertum* munitum fuit, ad Ecclesiam Bremensem pertinuit, à tempore, quo Stadium cum Veteri terrâ ad ecclesiam pervenerunt, & antequam *Harborch* & *Messeborch* construerentur. Et licet *Gisilbertus* illud munit, & fossatis & muro circumcingere cepit, & se & suos successores exclusit; habitabant tamen ibidem dudum diversi manuales sub ditione ecclesie Bremensis degentes absque Ducis contradictione. Anno Domini Millesimo ducentesimo ipso die *Philippi & Iacobi Gisilbertus Archiepiscopus Bremensis* obligavit titulo pignoris pro sexingentis marcis Stadenfium denariorum & Sanctimonialibus in *Buxtehude* in refusionem quorundam damnorum, quæ ex ædificatione novæ Civitatis *Buxtehude* monasterium veteris *Buxtehude* ibidem sustinuit, redditus viginti marcarum in moneta Stadenfi & quinquaginta modios tritici mensuræ Stadenfis in decima *Drochtersen*, quos redditus viginti marcarum & quinquaginta modios tritici *Archiepiscopus Bremensis* redimere potest in quolibet festo *Petri* ad cathedram pro memorata pecunia.

Item Redditus XX Marcarum in moneta Stadenfi reemti sunt, & quinquaginta modii tritici in decima *Drochtersen* non sunt adhuc iterum recuperati. Fiat diligentia; quis occupat ad præsens eosdem?

Item Anno domini 1287. *Gisilbertus Archiepiscopus Bremensis* construxit novam civitatem in Villa *Buxtehude* super flumen *Esheda*, quæ ædificatio damnosa fuit monasterio ibidem in multis. Item in paludibus, in pascuis, in piscatura, item in variis servitiis &c. In quorum damnorum recompensam assignavit Monasterio multa privilegia ac bona. Primo assignavit monasterio redditus XX. marcarum in moneta Stadenfi. Item quinquaginta modios tritici mensuræ Stadenfis in Decima *Drochtersen* tam diu possidendum quousque redimere eosdem pro sexaginta marcis Stadenfium denariorum quolibet festo *Petri* ad cathedram.

DE



## DE OPPIDO WILDESHUSEN.

**I**tem oppidum Wildeshusen est de mero dominio Ecclesie Bremensis, quemadmodum Stadium & Buxtehude, licet in spiritualibus, quod ultra Huntam situm est, sub Iurisdictione ecclesie Osnaburgensis est. Et quo tempore & a quo ad ecclesiam pervenit, require in privilegario Ecclesie Bremensis.

Item præfatum oppidum cum castro multis annis diversis nobilibus fuit impignoratum, & per hoc, iura & bona ad ipsum spectantia alienata sunt. Præcipue illo tempore, quando ecclesie & capitulo Monasteriensi impignoratum, Westfali vel Monasterienses diu sitiverunt & desiderabant multis exquisitis ingenis illud oppidum cum castro usurpare & applicare ecclesie Monasteriensi. Habeatur respectus, ut successu temporis vel quantotius, si potest, recuperetur; Nam periculum est in mora; timendum alias erit de perpetua & irrecuperabili alienatione Oppidi & Castri, nec non bonorum & iurium eorundem.

Item Præsentatio Præposituræ Sancti Alexandri Wildeshusen quondam spectare solebat ad Ducem Saxonie & Institutio ad Episcopum Osnaburgensem, quæ cum oppido & Castro commutata est pro aliis notabilibus iuribus & bonis Ecclesie Bremensis. Sic res transit cum onere, & translatum est ius patronatus in Archiepiscopum Bremensem, qui in possessione iuris præsentandi semper fuit. Tandem summus Pontifex reservavit sibi principales dignitates ecclesiarum cathedralium, per quam reservationem, & negligentiam eorum, qui tunc in Capitulo vixerunt, alienatum est ius præsentandi, quod una supplicatione impedivissent, quod Archiepiscopus in possessione iuris præsentandi permanisset. Consultum videtur, quod adhuc Domini de Capitulo vigilent, alias ista insignis dignitas, quæ multis privilegiis dotata est cum aliis dignitatibus annihilabitur. Nam præfata dignitas habet multa feudalia, habet ius & potestatem cudendi monetam & diversa alia privilegia.

## DE CASTRO VORDE &amp; OPPIDO.

**I**tem Castrum Vorde caput Castrorum, Residencia Archiepiscopi in medio terræ situatum, ad quod spectant multa iura & bona. Primo oppidum vel suburbium & merum dominium ibidem cum Iudicio, molendino, Theolonio & piscatura. Item multa Iudicia temporalia, quæ infra patebunt, item decimæ plures. Item curiæ villicales, census ac alia bona in diversis locis sita, quæ omnia similiter infra latius exprimuntur in Registris particularibus.

Item prædictum castrum post decessum Hinrici Administratoris repertum fuit totaliter ruinofum, quemadmodum omnia alia Castra. Oppidum Vorde Castro fuit contiguum, de quo ad castrum penitus non munitum, die noctuque ficcis pedibus patebat aditus & exitus. Non fuerunt repertæ bombardæ, neque balistæ, nulla arma, nulla instrumenta bellica; omnia ad dioecesin Monasteriensem distracta & per Westfalos alienata, tam aurea quam clenodia argentea, imo omnia utensilia Westfalica avaritia abstulit, & penitus nihil reliquit. In multis annis non recuperabit ecclesia Bremensis, quod tot annis fuit sub durissima servitute Westfalica. Item ex autentica scriptura reperitur, quod castrum Vorde Anno M. C. IX. tempore Friderici Archiepiscopi Bremensis ædificiis munitur, licet prius & dudum ante tempore Beselini Archiepiscopi fortalitium fuit, non tamen bene munitum, quemadmodum istis temporibus omnia Castra non bene munita fuerunt. Principes temporales eorum Castra & dominia munierunt & ampliaverunt; Ecclesiarum verò fortalitia in ruina usque in hodiernum diem permanserunt. Quare consulendum est, quod illud fiat lapideum, quod prius fuit ligneum. In continua excisione nemorum, silvarum & arborum, ligna ad ædificandum minime haberi in hac terra de cætero possunt.

## DE CASTRO HAGEN.

**I**tem Castrum Hagenn in loco quieto & apto situm abundat competentem in necessariis, cui adiacet opulenta terra dicta Oesterstadt, quæ frugum uberrima est, pascuis, pratis & pecoribus abundat, minus bene munitum & ædificatum, quemadmodum omnia alia castra, quæ proh dolor ita ruinosa sunt, quod vix restaurari vel reformari possunt. Et subditi male inclinati sunt ad restaurationem & castrorum munitionem. Spectant ad prædictum Castrum nemora non multa; abundat tamen competentem venationibus & piscationibus, cum adhibetur diligentia.

## DE CASTRO OTTERSBERG.

**I**tem castrum Ottersberg in loco munitissimo situm, licet ruinofum & non bene ædificatum, potest tamen faciliter muniri. Spectant ad id nemora multa, piscationibus & venationibus abundat, et quamvis advocatorum negligentia & culpa multa sunt ab eodem castro bona & iura alienata, possunt tamen successu temporis recuperari, sic quod Castellanus vel castelli gubernator circumspectus competentem stabit, præcipue cum nemora fructificent & pastus pro porcis abundanter crescit. Non habet bona aliqua, quæ per inundationem aquarum possunt annihilari. Quare formationi aggerum advocati intendere non habent.

Istud



Istud castrum ſæpius impignoratur, & per talem continuam impignorationem multa bona ad illud ſpectantia alienantur. Caſtellani vel Advocati trahunt omnia ad molendinorum; bona autem Eccleſiæ diſtrahuntur & dividuntur tanquam acervus vel cumulus ſæni, quilibet partem ſuam. Et mos eſt omnium Caſtellanorum iſtius terræ, quod propriam domum reſtaurant, & domum Sancti Petri ruinofam minimè reformare curant.

## DE CASTRO STOTELE.

**I**tem Caſtrum Stotele in amœno loco ſitum abundat pascuis pratis pecoribus & piſcationibus cum frugum copia, quamvis Advocatia non eſt lata, reſidentia tamen eſt amœna, & aptiſſima. Fundus iſtius caſtri & dominium ab antiquo ab Eccleſia Bremeniſi ſuſcepit initium & in defectum verorum hæredum rediit quietè ad eandem, licet ſemper fuit de feudo. Ad prædictum caſtrum ſpectat iudicium per totum Comitatum. Item Theolonium cum aliis iuribus, pro ut in ſpeciali regiſtro.

Anno Domini Milieſimo tricenteſimo quinquageſimo, *Mortuo Rodolpho Comite de Stotel*, Decanus & Capitulum Eccleſiæ Bremeniſis comparaverunt Caſtrum & Comitiam in Stotele cum univerſis pertinentiis ab heredibus præfati Rodolphi ultimi Comitis ibidem, conſentiente domino Gotfrido tunc Archiepiſcopo Bremeniſi, quia fuit feudum eccleſiæ. Poſtea Anno domini M. CCC. LXXIII. prædicti domini de capitulo nolentes ſufferre moleſtias, domino *Alberto Archiepiſcopo Bremeniſi* eorum vero domino, *filio Magni Ducis Brunſvicenſis* ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum per modum permutationis pro aliis bonis ſæpe dictum Caſtrum cum Comitatu diviſerunt, ut patet in literis deſuper. Item legitur, quod prædictus Comitatus iſto modo venit ad manus Capituli. Mortuo præfato Rodolpho Comite relicta ipſius, quæ fuit Nobilis de Brunckhorſt, finxit ſe impregnatam offerens Comitatum dominis de Capitulo pro certa pecuniarum ſumma, aſſerens ſe redituram ad amicos & parentes, & cum illis vitam finire, & ſi Deus daret illi prolem, illum amici vellent providere. Tali ingenio magnam ſummam pecuniarum à Capitulo extorſit. Poſtea domini de Capitulo videntes ſe illuſos, repeterunt pecunias, & nemo illis dabat.

## DE CASTRO LANGWEDELL.

**C**aſtrum Langwedel dum bene fuerit munitum eſt clavis claudens & muniens totam terram ab illa parte, quod tamen quidam parum curant nec hucusque curaverunt, impediens eius munionem. Item quo tempore, & à quo, & propter quam cauſam ædificatum eſt, patet diverſimodè, quia varia de prædicto Caſtro ſcribuntur, quidam dicunt quod deſtructo Caſtro Wittenborg Caſtrum præfatum ædificatum eſt. Et bona ſpectantia ad aulam Archiepiſcopalem Bremeniſem eidem novo caſtro annexa & assignata ſunt.

Item prædictum Caſtrum competenter abundat in neceſſariis dummodo habet Caſtellanum circumſpectum.

Item ſpectat ad huiusmodi caſtrum Theolonium, de quo annuatim non parum provenit, ſi pax fuerit in terrâ.

Item multa alia bona & iura, quæ quondam ſpectabant ad aulam Archiepiſcopalem in civitate Bremeniſi, ſpectant nunc ad caſtrum prædictum, & ei assignata ſunt, ut iam dictum eſt. Nam tempore, quo ibidem Archiepiſcopi reſidere ſolebant cum nobilibus, Vaſallis & miniſterialibus Eccleſiæ Bremeniſis multa bona & iura ad aulam prædictam ſpectabant, ut patet infra, ubi iura & bona, quæ quondam ad aulam Archiepiſcopalem ſpectabant, conſcripta ſunt.

Item habitant ſub iſto caſtro quidam Vaſalli, qui libenter participant & participes eſſe volunt bonorum & iurium iſtius caſtri, dummodo eis impignoratur, ut ſæpius factum eſt. Conſultum ergo videtur, ut illis vicinis Vaſallis non impignoretur, ſed aliis Vaſallis quorum bona non ſunt ita contigua ad bona iſtius caſtri, quibus ſi impignorari neceſſe eſt, impignoretur.

Item Caſtellani iſtius Caſtri ſæpius & ad multos annos poſt ipſius Caſtri ædificationem habuerunt iudicium temporale dictum, intra Langwedel & Bremam à porta orientali uſque ad Langwedel in tribus Parochiis, Daverden, Achim, Arbergen, & omnes inhabitantes Parochias prædictas fuerunt ſub iuriſdictione temporali Caſtellanorum ibidem. Propter tantam iſtorum nimiam exactionem, quam quotidie exercuerunt in Villanos & prædictarum Parochiarum inhabitatores fuerunt deſtituti. Nam Capitulum & alii poſſidentes bona intra Langwedel & Bremam, procuraverunt eligi alium Iudicem temporalem, qui mitius cura eorum Colonis & agricolis ægeret, non exactionando eosdem ſicut Caſtellani fecerunt, qui nimium exorbitaverunt.

Item poſt deſtitutionem iam dictam, fuerunt aliquando electi ruſtici & viri de iſtius terræ circumſtantiis experti.

Item aliquando fuerunt electi Vaſalli habitantes ibidem de Gylten, de Vare, item dicti Vreſſen &c. Illis ſucceſſu temporis deficientibus ex ſingulari favore & promotione domi-



norum de Capitulo, electus est Alvericus Senior dictus Cluver in *Iudicem* dictum *Gogrevem*, quo defuncto Consulatatus Bremensis multis exquisitis modis institit apud inhabitatores, ut eligeretur Daniel Brandt Proconsul Bremensis, vir prudens & expertus. Hoc capitulum Bremense impedivit, ne ad Bremenses perveniret & perpetuo apud eos permaneret, quem admodum alia iudicia, quæ adhuc hæreditario jure tenent. Et sic illo tempore, defuncto patre Alverico, electus est filius Segebodo. Videant igitur cautè domini de Capitulo & cæteri, ne Vasalli dicti Cluveri hæreditariè sibi prædictum iudicium usurpent, quemadmodum Bremenses prætendebant, sed transeat semper ad electionem Villanorum, de scitu & consensu Dominorum de Capitulo, & aliorum dictorum Erfexen, ut hucusque servatum est.

Item Consulatatus Bremensis & communitas ad multos annos tenuerunt prædictum castrum, recusantes restituere Ecclesiæ & nec placitis neque pactis, imo nec pecuniis redemi potuit. Item tempore illo, quo sic violenter tenuerunt prædictum castrum, damnificaverunt illud in excisione nemorum & silvarum sine æstimatione, nolentes sæpius prohibiti ab huiusmodi desistere; item ex quo Bremenses sæpius moniti & citati ac in ius vocati noluerunt prædictum castrum restituere ecclesiæ, sed perpetuo alienare ab ecclesia, quemadmodum multa alia bona & iura alienaverunt: Tandem Deo permittente suscitata est discordia, inter Proconsules & Consules ex unâ, & cives & communitatem partibus ex altera, captis & incarceratis tribus consulibus. Propter istam & alias causas, ista differentia sic suscitata & stante, Communitas Bremensis restituit ecclesiæ prædictum Castrum invitis majoribus de civitate; & plura alia bona & iura restituisse ecclesiæ eo tempore, quæ nunquam ad ecclesiam pervenient: si aliqui pacis Zelatores de capitulo non mediassent & Hinricus Administrator tunc vigilasset & intellectum habuisset, Ecclesia Bremensis omnia iura & bona alienata & distracta faciliter absque contradictione sine laboribus & expensis recuperasset, quæ in perpetuo non recuperabunt; Theoloneum in *Borch*, castrum *Blomendale*, castrum *Bederikesa*, & omnia iudicia temporalia extra muros civitatis Bremensis. Et nisi ista differentia, ut supra, suscitata fuisset, nunquam præfatum castrum ecclesiæ restitutum fuisset. Hinricus tamen Administrator cum Capitulo restituit quatuor millia *marcarum Lunenburgensium*, quibus Bremenses hoc Castrum impignoraverunt dudum ante istam differentiam, quæ orta est Anno Domini M. CCCC LXIII circa festum Jacobi tempore magnæ pestilentiæ. Consultum est ergo quod de cetero non impignorentur eis Ecclesiæ, castra, iura vel bona, quia difficulter de manibus eorum redimi possunt.

Item spectat adhuc ad illud castrum iudicium aggerum in vulgari *Diekrichte*. Hoc exercet Castellanus ibidem à civitate Bremen usque *Langwedell* in præfatis tribus Parochiis, & habet in adiutorium quosdam iuratos, qui in vulgari dicuntur *Diekschworen*, hi cum Castellaneo vel suo advocato iudicant omnes villanos non reformantes aggeres suos & corrigunt eos secundum morem & consuetudinem istius terræ.

Item spectat ad istud castrum tota villa (\*) *Schachhusen* excepta decima & una curia villicali.

Item iudicium temporale spectat ad istud castrum per totam villam *Schwachhusen* & Castellanus in *Langwedell* iudicat villanos. Idem & istud iudicium extendit se à Cimiterio sanctæ crucis in *Horne* usque ad turrim, quæ dicitur *Hiederstorne*; Bremenses extra hanc nullam habent iurisdictionem.

Item hi villani, qui habitant prope Cimiterium præfatum in *Horne* sunt etiam de iurisdictione Castellani in *Langwedel*.

#### DE CASTRO NIEENHUSS.

Item Castrum *Nieghuss* etiam in uberrimo loco iuxta *Albeam* & *Oestam* situm & ædificatum, pascuis, pratis, pecoribus & piscatura copiosè cum abundantia frugum alia prædicta Castra exuperat. Et si excellit ea in abundantia multarum rerum, nihilominus in ædificiis ea minimè excellit. Quare à viris & ab hominibus circumhabitantibus funditus destructum fuit circa annum domini M CCCC XX. & solo adæquatam. Et iterum restauratum, per bonæ memoriæ *Baldewinum de Wenden* tunc temporis Archiepiscopum Bremensem, cuius anima requiescat in pace. Est ergo summè necessarium, quod illud castrum muniatur præ aliis, quia Ecclesiæ Bremensis non modica auctoritas, non parvus profectus in isto castro consistit. Et qui ex corde diligit profectum Ecclesiæ, nil aliud svalet, desiderat & promovet, nisi quod castra Ecclesiæ muniatur & in ædificiis meliorentur, fuit tamen nullum castrum in toto dominio Ecclesiæ, ubi secure quiescere potuit *Johannes Archiepiscopus*, quando assumtus & electus fuit, ad Ecclesiam Bremensem, qui toto nisu, toto conatu, die noctuque castra Ecclesiæ restaurare cogitavit, & proposuit, licet notabiliter multis impedimentis abstractus, nunc gverris, nunc dietis, nunc aliis diversis occupationibus impeditus, nunquam tamen quievit, nec à continuo labore cessavit, non curans verbum vulgi, hic homo cepit ædificare & non potuit consummare. Non tamen ita occupatus desideravit semper incipere,

(\*) *Schwachhusen*.



cipere, quod vix perficere potuit, sperans se aliquem habere successorem, qui indubitanter ea melius perficeret, quam ipse perficere posset. Cui volens dare exemplum & occasionem, ut ipse perficiat, quod sua prona voluntas perficere non potuit.

Item quo tempore & à quo præsens Castrum ædificatum est, patebit infra. Reperitur tamen in authenticis scripturis. Quod *Otto Archiepiscopus Bremensis filius Magni Ducis Brunsvicensis* istud castrum ædificavit, in parochia Geverstorpe, in loco, in quo nunc situm est, destructo dudum Castro *Schliekborch*.

Item Anno Domini M CCC XCV defuncto *Alberto Archiepiscopo Bremensi Otto patruus eius Dux Brunsvicensis & Episcopus Verdensis* postulat in *Archiepiscopum Bremensem*, qui Otto destruxit Castrum *Seborch*; item construxit Castrum in Parochia Geverstorpe prope Oestam dictum *Nigenbuese* &c. & quæ plura fecit, patebit infra.

Item Ecclesia Bremensis plura habuit Castra in diversis locis, quorum quædam tempore *Alberti*, quædam tempore aliorum suorum successorum sunt destructa.

Item castrum *Vrigborch*, item Castrum *S. Magni* in Lesmonia; Item Castrum *Weige*; Item Castrum *Valkenberg*; Item Castrum *Munsowe*; Item Castrum *Slutter*; Item Castrum *Wittenborch*; Item Castrum *Warsfete*; Item Castrum *Viesborne*; Item Castrum *Marienborch*; Item Castrum *Sinerdesborch*; Item Castrum *Kiekinde elue*; Item Castrum *Schliekborch*; Item Castrum *Rempe*; Item Castrum *Saintborch*.

Item quando & quo tempore prædicta Castra constructa & ædificata, & à quo anno & tempore, & per quos, & qua occasione destructa sunt, patebit infra. *Adalbertus* almæ Romanæ & Apostolicæ sedis Legatus, Vicarius Papæ, nec non omnium Septentrionalium nationum Archiepiscopus, Sanctæ quoque Hamburgensis Ecclesiæ provisor indignus.

Anno Domini Milleesimo quingentesimo secundo obiit *Validus Iwanus de Borch* ministerialis Ecclesiæ Bremensis absque hæredibus masculis relinquens duas sorores: Cuius *Iwani* tota hæreditas iure Ministeriali devoluta fuisset ad Ecclesiam Bremensem, sed Vasalli Ecclesiæ Bremensis contrariam consuetudinem introduxerunt, opposcentes se, dicentes, *ubi deficit linea masculina, ibi succedit feminina*: quod olim in terris Ecclesiæ Bremensis fuit in consuetum, secundum continentiam antiquorum privilegiorum.

Libertas ministerialium huius terræ est inaudita. Omnia eorum bona sunt ministerialia & tenent ea ab Archiepiscopo Bremensi, illo non obstante, vendunt ad libitum eorum prædicta bona ministerialia absque scitu & consensu Archiepiscopi Bremensis cuicumque volunt & præcipue illis, qui non volent vel volunt militare ecclesiæ, neque sunt apti ad militandum. Per hoc auctoritas ecclesiæ Bremensis minuitur, aliorum autoritas & potentia augmentatur: hoc nemo in hac terra vult intelligere, neque cum eorum domino contradicere. Esset valde necessarium, ut provideretur, de remedio, si ecclesia Bremensis deberet viribus subsistere.

Item *Leo ferarum Rex*, dummodo non habet penuriam, omnibus aliis feris etiam minimis singula favet, sed penuriam habens ipsas feras deglutit. Ergo videant subditi huius terræ, præcipue hi, qui eorum dominum in penuria vivere procurant, ne eos eorum dominus iterum deglutiat & Ecclesiæ suæ iura & bona recuperet; De *Hilligen* wilt gerne ore was wedder haben.

Supra scripta bona sunt modo impignorata Capitulo Hamburgensi pro XVIII marcis Lubeccensibus, ut patet in literis desuper confectis. Et litera reversalis est apud Capitulum Bremense.

Item sunt adhuc plura alia bona ultra *Albeam*, quædam impignorata, quædam totaliter alienata.

Item Castrum *Hasseltorp* cum omnibus suis pertinentiis;

Item Castrum *Barmstede* cum suis pertinentiis.

Item totum opidum *Hamburgense*, quod quondam *Gerhardus bonæ memoriæ Archiepiscopus Bremensis* commisit *Adulpho fratri ordinis Minorum tunc Comiti Holsatiae*, patri *Nobilium Virorum Johannis & G. Comitum Holsatiae*.

Item Villa *Wellingbüttell* prope Monasterium *Heruestehude* iuxta fluvium *Alstrix* est impignorata domino *Johanni Murmeister* Canonico Hamburgensi & Prapósito *Buxtehudenfi*; litera reversalis est apud dominos de Capitulo Bremensi.

#### DE CASTRO DELMENHORST.

Anno Domini Milleesimo Ducentesimo Vicefimo *Gerhardus Archiepiscopus Bremensis* Castrum *Sluttere* ædificavit, quod *Stedingi* Anno Domini M CCXXX funditus destruxerunt, quo destructo quidam militares ecclesiæ Bremensis, qui ibidem habitabant, ceperunt iterum habitare & ædificare habitaculum super flumen *Delme*, unde istud habitaculum est *Delmenhorst*, quod successu temporis munierunt. Postea præfati Vasalli receptis pecuniarum summis permiserunt habitare secum quendam *Comitem de Oldenborch*, qui propter differentiam cum fratre & patre suo in Comitatu Oldenburgensi habitare non potuit; qui Comes cepit ædificare ibidem, & successu temporis, suppressis aliis, factus est eorum superior: quod quidam ex his malè fe-



rentes cœperunt illos incusare, qui pecuniis receptis eundem Comitem secum habitare permiserunt, quidam illorum permanserunt, quidam in diversis locis ædificare cœperunt. Sic solus aliorum Dominus factus, cœpit de die in diem prædictum fortalitium ita munire favore & adiutorio Bremensium, tempore Magnæ caristix, quod vix fuit simile fortalitium in hac terrâ. Displicuit hoc valde Archiepiscopo cum suis, timentes futura pericula, tamen placati, eo quod fuit de feudo Ecclesiæ, sic certis pactis & conditionibus, licet minimè servatis, muniti permillum fuit. Et per intervalla temporum factus est specialis Comitatus amisso nomine & titulo Oldenborg. Armis obtentis, præfati Comites multiplicabantur, & cœperunt inter se discordare. Verum pars minus fideliter agens impignoravit partem suam sine consensu Archiepiscopi, communitati Bremensi, alia pars adhæsit Archiepiscopo & recognovit eum semper Dominum feudi; quæ pars pro intervallo quorundam temporum cœpit deficere, alia parte superstitè remanente; Unde orta est differentia inter Archiepiscopum & Comites præfatos; sic feudum devolutum fuit ad Archiepiscopum, eo quod ista pars non petiit se inphodari, quæ differentia inter Archiepiscopum & Comites per Capitulum & communitatem Bremensem & alios fuit terminata isto modo, quod superstites Archiepiscopus ad gratiam recipere deberet & eos inphodare, tali pacto, quod illi tunc existentes, & eorum descendentes de cætero deberent inphodari, quibus omnibus defunctis, castrum cum Comitatu deberet redire ad ecclesiam, ad quam spectabat fundus. Post hoc illi & heredes eorum quiete possiderunt Comitatum per plures annos usque ad tempora *Ottonis, genitoris Nicolai Archiepiscopi*, qui solus hæres fuit, recognoscens & revolvens animo, quod sapius progenitores sui rebelles ecclesiæ fuerunt, non recipientes interdum Comitatum prædictum ab Archiepiscopo in pheodum, quod Archiepiscopum & subditos ecclesiæ in multis & diversis gravaverunt totiens, quotiens recipientes notabiles pecuniarum summas, pro quibus impignoraverunt eisdem decimas & bona Comitæ, perceperunt pecunias, decimis & bonis postea retentis. Item fuerunt obligati dominis de capitulo Bremensi in notabili pecuniarum summâ, causa mutui. Nam capitulum semper eisdem Comitibus in necessitate non defuit, etiam si ab aliis mutuo recipere deberent: Illis & aliis moti, quod ecclesia propter eos & progenitores eorum retroactis temporibus plurimum læsa, & damnis multis affecta fuerat, debitum solvere & damna huiusmodi compensare volentes, Comitatum & castrum prædictum cum omnibus suis attinentiis in solutionem debiti aliorumque gravaminum recompensam, Mensæ Archiepiscopali pro debitis præfatis & aliis damnis impignoraverunt, & tandem videntes se deficere in heredibus totaliter assignaverunt, prout patet in literis: desuper etiam attento, quod ipsis defunctis absque cuiuscunque contradictione castrum & dominium ad ecclesiam redire deberent. Post hoc *Ottone* defuncto & *Nicolao* in Archiepiscopum assumpto. Impignoratione, assignatione præmissis effectui demandatis Capitulum Bremense nomine dictæ ecclesiæ possessionem castri & Comitatus huiusmodi pacificè assecuti fuerunt, & Vasalli ac subditi Comitatus eiusdem Decano & Capitulo ecclesiæ Bremensis spontè & liberè homagium præstiterunt. Et deinde postquam Decanus & Capitulum castrum cum Comitatu aliquamdiu tenuerunt & possederunt illud, tandem dicto Domino *Nicolao*, uti Archiepiscopo Bremensi & eorum vero Domino, & fuz mensæ Archiepiscopali & non alias bona fide tradiderunt & assignaverunt, & multa bona & iura dicti Comitatus impignorata pro notabili pecuniarum summa redemerunt. Postmodum vero dicto domino *Nicolao* Archiepiscopo in Frisia capto, mutilato in dextro genu, pro magna pecuniarum summa liberato; Regimine & administratione ecclesiæ cedere proposuit, non volens ecclesiæ præesse multis debitis gravatus, à quibus subditi ecclesiæ eundem Dominum *Nicolaum* relevare volebant, admittendo sibi aliquod subsidium, vocatum vulgari Plochschatt vel Landbede. Licet cum magna instantia petebat, tamen sibi negatum fuit, eo quod sapius avisatus Frisones invasit, non propter utilitatem ecclesiæ, sed ad quorundam suggestionem, qui proprium commodum quæsierunt. Et prostrato ibidem dicto *Nicolao* cum suis tanta calamitas contra Ecclesiam Bremensem insurrexit, & ecclesia tantam læsionem sustinuit, quod vix credi potest. Nam duo Comites capti, duo occisi, duo evaserunt, multis Vasallis & militaribus occisis & captis, quos omnes liberare dictus *Nicolaus* compellebatur, & damna recompensare. Sic nullum remedium oportunum excogitare poterat, quo mediante sublevaretur, nisi per assumptionem & deputationem coadiutoris. Tandem occasione præmissorum cessit, & de scitu & consensu illorum, quorum consensus requirebatur, coadiutorem assumpsit Nobilem *Ottone de Hoya*, qui propter sua demerita non diu gubernavit ecclesiam Bremensem, nec relevans Dominum *Nicolaum* iuxta promissa ab onere debitorum. Sic *Nicolaus* provivus autoritate Apostolica cum molendino in *Buxtebude*, castro *Hagen & Delmenhorst*, quia molestabatur cottidiè à Vasallis & damna in Frisia passis, obtulit Capitulo Bremensi Castrum & Comitatum cum aliis sibi reservatis, ut eidem providerent annuatim in ducentis marcis Bremensibus, & honesta habitatione in civitate Bremen, in aliqua Curia Canonicali. Præcipue petiit sibi assignari ad vitam curiam Abbatis in *Huda*, quæ omnia sibi, quorundam subordinatione denegata fuerunt. Postea repulso *Ottone de Hoya* prædicto *Eugenius* Papa quartus de scitu &c. [substituit] quendam *Baldewinum de Wenden* Decretorum Doctorem Abbatem Sancti *Michacis Lunenburgensis*, virum prudentem, Principibus Brunsvicensi-



censibus notum; & sæpe dictus Nicolaus olim Archiepiscopus, quoad viveret, castrum & comitatum huiusmodi, ut supra, pro portione congrua, sibi ab eodem Domino Eugenio reservavit. Idem minus fideliter agens Nobilem *Theodericum Comitem in Oldenborch socerum suum*, qua conventionem & pacto nescitur ad gubernandum & defendendum eundem Comitatum & castrum huiusmodi in protectorem & defensorem, ut dicitur, assumpsit, ut eundem Nicolaum relevaret ab onere debitorum & à continua impugnatione illorum, qui secum succubuerunt in Frisia, defenderet, quia totus Comitatus una cum oppido Delmenhorst depopulationibus & incendiis fuit devastatus. Ipso Nicolao defuncto, nati supra dicti Theoderici Comitis, dominum Baldwinum tunc Archiepiscopum, ecclesiam & mensam prædictos, Castro & Comitatu præfatis cum pertinentiis ac bonis & iuribus per Capitulum redemptis, & pro magna pecuniarum summa emtis, illorumque possessione de facto spoliarunt, & licet, requisiti, restituere recusantes, malum malo, damnum damnis accumulando ecclesiam Bremensem & ipsius subditos cottidie odio capitali prosequi non cessantes, non contenti, quod ecclesia Bremensis occasione castri prædicti gravissima damna passa est, & fere usque ad centum milia florenorum, & adhuc super multis debitis per Dominum Nicolaum olim contractis impetitur. Defuncto Baldewino Archiepiscopo successit ei *Gerardus de Hoya* Præpositus Bremensis, qui nolens inferre guerras ecclesie, nunquam movit quæstionem Comitibus in Oldenborch super Castro & Comitatu prædicto, etiam quia eis sanguine fuit coniunctus & singulari amicitia. Nam *coniunx Domini Mauriti* fuit *filia fratris Archiepiscopi*. Etiam alio fortiori impedimento impeditus, sciens occultam conspirationem inter Comites Oldenburgenses & Bremenses, ut Castrum prædictum non deberet redire ad ecclesiam. Et si Comitibus quæstionem vel guerras movisset, hoc tamen frustra fecisset, quia intentio Bremensium fuit, quod perpetuo apud Comites Oldenburgenses permanere deberet; nam convenerunt cum Theodorico Comite sæpe fato recipientes duo milia florenorum ab eodem, quod non vellent adhzere eorum vero Domino, quod Castrum præfatum ecclesie restitueretur; Etiam requisiti ab eorum Domino, ut sibi in hoc assistant, nihilominus abstinere vellent, donec Theodorico Comiti vel suis heredibus præfata duo milia florenorum essent restituta, & illis restitutis, adhuc vellent abstinere, ne eorum Domino assistentiam facerent, sed favorem Comitibus impendere, ad integrum annum ut in victualibus & aliis necessariis prædictum castrum munitur, conficientes super hoc literas necessarias. Capitulum & alii subditi Ecclesie, scientes pacta prædicta, similiter non moventes ullam quæstionem Comitibus, considerantes etiam potentiam Regis Danie quieverunt ad tempus; donec oportunitas eis adesset. Post hoc Nobilis *Gerhardus*, natus *Theoderici Comitis* residens in *Delmenhorst*, instigatus & inductus à quibusdam de consulatu Bremensi, Colonos capituli Bremensis in terrâ *Stedingia* in multis afflixit, & gravavit, de quo requisitus & monitus per *Gerhardum Archiepiscopum* cessavit. Et levissimam contra instigatores occasionem quærens, bona eorum & omnium Bremæ habitantium, ubicunque potuit, rapuit, terra marique nemini parcens, dividens spolia in Castro sæpe fato, de quo Bremenses malè contenti vix audebant conqueri. Sed *Gerhardus* non cessans ad huiusmodi rapinis, delectabatur in istis, rapiens etiam aliarum comunitatum bona, qui tunc conspiraverunt; instigantes Bremenses, contra Comitem præfatum, qui volentes compescere eum, obsidentes Castrum prædictum, expugnaturi hoc, adiutorio *Mauritii fratris Gerhardi*; quod facere minimè potuerunt, quia nimium munitum fuit. Tunc *Wilhelmus Dux Brunsvicensis* venit Comiti in adiutorium, sic quod Bremenses obsidione compulsi dissolverunt, redientes ad civitatem eorum. Post paucos dies liberato castro ab obsidione, Dux volens redire ad propria, Bremenses cum domino *Mauritio & fratribus de Hoya, Ottone & Friderico* insequerantur Ducem, in loco qui dicitur *Sidforth*, ubi Dux victoriam obtinuit, ducens secum captivos fratres de Hoya supra dictos. Iterum vero *Gerhardus* non cessabat, Bremenses inquietare; conquerebatur apud Principes & Comitatus, mittens eisdem copias literarum supra dictarum, quod se confederassent cum genitore suo contra eorum proprium Dominum, ne castrum *Delmenhorst*, ubi spolia eorum divisa sunt, rediret ad ecclesiam. Altercatione præfata inter præfatos stante, devenit ad notitiam communitatis Bremensis, quod consulates talem illicitam & ecclesie damnosam confederationem, cum genitore *Gerhardi* inierunt. Convenerunt ad prætorium, volentes omnes interficere, qui intererant huiusmodi confederationi. Sed existentes in Consulatu, pro maiori parte excusantes se, tradiderunt eis tres Proconsules, quos in continenti occidere proni fuerunt, mittentes eos in turrim, ubi ad multos dies detinebantur. Relaxati postea, non exituri de domibus propriis, nisi solutis duobus millibus florenorum Renensium, quos à Theodorico Comite perceperunt, ut eorum vero Domino assistentiam facere non deberent. Tandem sopita est impetio, quæ orta est occasione istius terræ, quod Bremenses non cum eorum Domino, sed compulsi, malitiam Comitis compescere volentes, ad obsidionem arctati sunt. Post hoc *Mauritius & Gerhardus fratres* iterum partiti sunt hereditatem. *Gerhardus*, quia iunior, habens electionem tutius & securius habitare in Comitatu Oldenborgensi, castrum & oppidum ibidem pro parte sua recepit, ut cum Bremensibus nihil commune haberet. *Mauritius* vero ex quo habuit castrum *Herpsted* coniunctus Comitibus de *Hoya* & confederatus Bremensibus recepit *Delmenhorst*, quod non diu



diu possedit, infectus peste ipse & coniux eius, ambo mortui sunt relinquentes *Jacobum unicum filium & duas filias sorores Jacobi*, quibus Mauritius in extremis constituit tutorem *Heineken de Mandelslo*, qui non diu post mortem Mauriti restituit Gerharo castrum *Delmenhorst*. Et sic Gerhardus iterum factus vicinus Bremensium, eis non mediocriter infestus, more suo solito rapinis eos inquietavit, quod male ferentes invocabant auxilium Gerhardi Archiepiscopi, ut defenderet eos tanquam subditos ecclesie, qui Gerhardus, ex quo non prastiterunt, sibi homagium, & eum pro eorum Domino non recognoverunt, nisi in necessitate, nolens inferre ecclesie suae guerras, non est eis auxiliatus. Gerharo de hoc luce subtracto, *Henricus de Schwarzenborg* quia minorennis, in administratorem eligitur, quem Bremenses in extrema necessitate constituti pro eorum Domino recognoscentes homagium illi cum magnis muneribus prastiterunt, ut eis adhereret, qui sub certis pactis factus est auxiliator contra Gerhardum, quod multis displicuit, timentes quae evenerunt. Quia Henricus volens liberare Bremenses, se & ecclesiam suam guerris & debitis involvit, & ab eis est tamen statim derelictus. Postea Henricus & Gerhardus concordati sunt. Sed Gerhardus bellis & perturbationibus inclinatus, iterum turbavit tranquillitatem. Henricus obsedit castrum *Herpstede* expensis & sumptibus ecclesie Bremensis, quod Anno MCCCC. in octava Apostolorum Petri & Pauli expugnavit. Illo audito *Gerhardus*, timore percussus vocavit *Ottone & Fridericum de Hoya avunculos Jacobi*, timens iterum obsidionis periculum & tradidit eis Castrum *Delmenhorst*, quo potiti, invocabant Capitulum Brementse, ut intercederent pro nepotulo eorum ne exheredaretur. Convocati hi omnes praedicti ad castrum praefatum tractantes per dies multos de Castri & Comitatus pertinentia, tandem Henricus Administrator & capitulum misericordiam moti, innocentiam Jacobi considerantes *Ottone* de *Hoya* in favorem Jacobi inphendarunt cum castro & Comitatu praedicto sub certis conditionibus & pactis, ut patet in literis. Illo sic acto Henricus & Gerhardus non sunt adhuc ad plenum per hoc concordati, Gerardus in sua pertinacia permansit, persecutiones in subditos ecclesie cottidie exercens. Attento quod Gerhardus volebat cessare a discordia & perturbationibus proposuit Henricus Gerhardum totaliter extirpare, Comitatum incendiis devastavit, & per suos devastari fecit, quo devastato quilibet ad sua redire festinavit, exercitum diviserunt, Monasterienses per viam securam, Bremenses per invia & devia ad propria tendebant; Quos Comes insequabatur cum paucis, & ceciderunt ibidem Bremenses, multis captis & multis occisis. Post stragem praedictam Henricus Administrator & Bremenses, nec non Gerhardus Comes bellis exhausti soluti decem milibus florenorum pro redemptione captivorum, concordati sunt. His in modum praefatum sic actis, Gerhardus gaudens de victoria & dolens de castri *Delmenhorst* dimissione, eo quod castro timore tam regale & inexpugnabile castrum sine periculo dimisit, iterum incepit inquietare Administratorem capiens hos, quibus castrum commissum erat ab *Hinrico* Administratore & Comitibus supra dictis, circumveniens *Jacobum nepotem suum*, tutelam ipsius procurare & ipsi praesse promittens. Iterum castro potitus infestus Administratori & Bremensibus depredationes exercens, pluresque alios de castro saepe fato inquietavit. Quod Henricus Administrator ad tempus dissimulans sustinuit & fieri permisit; Tandem Germanus Administratoris provisor opidum *Delmenhorst* opidanis & aliis inibi adhuc dormientibus improvisè expugnavit; & in castro existentes a somno excitati, vix castrum defenderunt, sic praefatus provisor obsidionem continuans, spe expugnandi illud, inquietavit saepius existentes in castro, prohibens eis aditum, ut in victualibus deficerent. Saepius tamen penuria ducti exitum & aditum attentaverunt; quod una dierum provisor saepe fatus volens cum suis prohibere, vulneratus est letali vulnere, ductus ad Civitatem Bremen, post tres dies mortuus est & sepultus in maiori Ecclesia. De cuius morte Administrator plurimum doluit; volens obsidionem continuare, cepit deficere in necessariis; Invocabat amicissimos suos de Capitulo, & postea totum capitulum, qui negaverunt sibi subvenire, timentes, quae iam facta sunt. Ipse tamen Administrator, derelictus ab omnibus, & in extrema necessitate constitutus non cessabat invocare eorum auxilium dicens: Post istum diem omnem, fiduciam meam constituam in vobis, nec vos deseram, si iam non derelictus fuero a vobis; Nullus hominum aliquid doli vel mali immiscet inter vos, nec absque consilio vestro de caetero aliquid attentabo; quod si Deo adjuvante castrum hoc obtinero, perpetuo apud Ecclesiam Bremensem permanebit. Et mandavit Secretario suo, ut in sua & totius Capituli aliorumque fide dignorum praesentia conficeret literas desuper atque ad nutum capituli, constituit fideiussorem pro maiori corroboratione Henricum Cluver, ut faceret fidem pro eo, quod promissa adimplere vellet, cui alias nunquam consensum dedisset Capitulum, ut Castrum *Hagen* ab Administratore sibi pro expositis impignorum fuisset; literis conceptis & ingrossatis, ac fide per Henricum Cluver data, nihil sequebatur, licet praedictus Henricus Cluver saepius requisitus a Capitulo fidem datam pro domino suo fatebatur, dicens quod eundem arctare non esset in sua potestate. Sic Henricus Administrator suggestione Monasteriensium & quorundam aliorum subditorum ecclesie Bremensis, fidem non servavit, in animae suae periculum. Ipse iudicatus est, caeteri videbunt cum venerint ante tribunal aeterni iudicis, reddituri rationem



nem de his & de aliis gestis & actis contra ecclesiam Bremensem, quæ sine omni dubio adiutorio quorundam Principum omnia recuperabit, æmulis ecclesiæ invitis.

## COPIA PRIVILEGII DE STADIO.

**I**N nomine Sanctæ & individue Trinitatis. *Philippus secundus divina favente clementia Romanorum semper Augustus.* Innatam nobis regalis pietatis liberalitatem tenere volentes, ecclesiis omnibus & ecclesiarum personis iura sua conservare, & ab iniquorum incurfibus summo opere decrevimus defensare, præsertim eos, quorum fidei & devotionis sinceritas circa regalis magnificentie nostræ sublimationem pura nobis constat & immaculata. Quapropter notum facimus universis Imperii fidelibus tam præsentibus quam futuris, quod nos attendentes devotionem dilectorum ac fidelium nostrorum *Hartwici secundi Bremensis Archiepiscopi* cleri & totius familiæ Bremensis ecclesiæ, castrum Stadii cum comitatu & universis pertinentiis suis, Patrimoniumque *Rodolphi Marchionis & fratris sui Hartwici Bremensis Archiepiscopi*, Patrimonium *Henrici Marchionis*, nec non hereditatem nobilis femine *Idæ*, Patrimonium *Comitis Frederici de Stadio*, quod quondam *Dux Henricus* per violentiam occupaverat, sed *serenissimus pater noster Fridericus divæ memoriæ Romanorum Imperator Augustus* postmodum in solemnibus Curia apud *Erfordiam* celebrata per sententiam principum & totius Curie suæ eidem duci abiudicatum ecclesiæ Bremensi restituit, donavit & confirmavit; Nos igitur feliciter ac iuste paternam imitari cupientes æquitatem, prædictum castrum Stadii cum comitatu & omnibus pertinentiis suis similiter & supra dicta patrimonia *Rodolphi Marchionis, H. Marchionis, comitis F. de Stadio* atque hereditatem nobilis matronæ *Idæ*, cum omni iure & integritate omnique utilitate & honore ecclesiæ Bremensi perpetuo iure possidenda confirmamus. Statuentes & regali autoritate districte præcipientes ut nulla unquam persona humilis vel alta, ecclesiastica vel secularis hanc nostræ confirmationis divalem paginam infringere audeat, vel ei aliquo improbitatis ausu contraire, quod si quis attentaverit facere, in vindictam temeritatis suæ auri examinati libras centum componat dimidiam fisco nostro & residuum Bremensi Ecclesiæ. Ad cuius rei inditium & perpetuum robur præsens exinde privilegium conscriptum sigilli nostri impressione iussimus communiri. Testes huius rei sunt *Garboldus Halverstadensis Episcopus, G. Osnaburgensis, B. Dux Saxonie, H. Landgravius Thur. Th. Marchio Misnensis, Comes H. de Ravensberg, Comes F. de Solre, Comes Adolphus de Schowenborg, Comes Burc. de Mansvelt, Comes de Harispure, Comes Adolphus de Dastis, B. de Hurstimar, H. dapifer de Walpruck* & alii quamplures. Ego *Conradus Hildesheimensis Episcopus, Wirziburgensis electus, & Imperialis aula Cancellarius* recognovi. Acta sunt hæc Anno ab incarnatione domini 1189. Indictione III. regnante domino Philippo II. Romanorum, Anno regni eius secundo. Datum apud *Hildesheim* XIII. Kl. Februarii.

## De Officio Dapiferi, Pincernæ, Marschalci &amp; Camerarii &amp;c.

**H.** *Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus & Rex Cecilia*, universis Ecclesiæ Bremensis Prælatibus, Canonicis, Nobilibus, Ministerialibus & universis, ad quos hæc litera pervenerint, gratiam suam & omne bonum. Notum esse volumus omnibus vobis, quod præsentibus multis Magnatibus & sapientibus coram nobis per sententiam diffinitum est, quod mortuo uno Episcopo & alio substituto omnia officia vacant, exceptis quatuor principalibus, Dapiferi videlicet & Pincernæ, Marschalci & Camerarii. Præterea omnia, quæ antecessor alienaverit, sine consilio Ecclesiæ & auctoritate imperii, libera redibunt & sine contradictione ad successoris potestatem & ordinationem. Nullus præterea officialium aliquid sibi dicere juris potest in rebus Episcoporum morientium: imo liberum erit cuilibet Episcopo morienti disponere de rebus suis mobilibus, & dare cui voluerit, prout ipse salutis suæ & animæ viderit expedire. Dat. Hagenovve 7. Kal. Octobr. Indict. octava.

Mortuo Episcopo omnia officia ministerialium vacant, de quibus substitutus vel successor libere potest disponere, & ea committere, cui vult, exceptis quatuor officiis, quæ non vacant simpliciter, sed tenentes ea tenentur à novo substituto vel electo recipere ea in pheidum sub pœna perditionis intra quatuor menses. Quod si non fecerint liberam dispositionem, habet substitutus cum consensu Capituli sui conferre ea jure pheidii, cui vult.

Item ad officia prædicta quondam multa bona spectabant, quæ pro maiori parte sunt alienata per illos, qui habebant officia ista. Necessè est, ut recuperentur & tunc conscribantur, ne futuris temporibus totaliter alienentur.

Item ad officium *Marschalci* multa bona pertinent, quæ adhuc non omnia sunt alienata. Habeatur respectus, quod non alienentur. Item dicunt *Marschalci*, quod *Archiepiscopus* in introductione sua tenetur iis dare equum, in quo introducitur. Hoc nunquam fuit consuetudinis, sed senior *Marscalcus* tenetur gladium deferre ante *Archiepiscopum* in introductione, & ante aulam *Archiepiscopi* descendit de equo, tenet strepam *Archiepiscopo*, ut descendat. Quo factò *Marscalcus* provolutus ante *Episcopum* petit se in pheidari cum officio



cio prefato, ut supra. Item liberum erit cuilibet Episcopo morienti disponere de rebus suis mobilibus, & dare cui voluerit, prout ipse salutis suæ & animæ viderit expedire.

Vasalli Ecclesiæ Bremensis habent & possident iudicia sanguinis & exercent ea, & a nullo habent ea in pheodum.

Dominus eorum Archiepiscopus Bremensis non habitis regalibus ab Imperatore, non audet committere, ut exercent iudicium sanguinis. Vasalli Ecclesiæ propria auctoritate exercent ea, nec a Domino eorum recipiunt in pheodum, nec ab aliquo alio Domino spirituali vel temporali. Dubitatur, utrum hoc facere possunt. Si non possunt, mandetur eis, quod a Domino recipiant in pheodum, vel quod Dominus eorum committat eis exercitium iudicii. Item quod propria auctoritate non vendant iudicia ista. Sic sapius fecerunt. Item dubitatur, utrum Ministerialis possit habere vel exercere vel exerceri facere iudicium sanguinis, & vendere illud auctoritate propria?

## XXIV.

CHRONICON SAXONVM  
QVEDLINBURGENSE.

Ex MSto.



*Valentinianus* cum fratre *Valente* regnavit annos XI. *Valentiniano* ergo in fide catholica fideliter permanente, frater suus *Valens* ab *Eudoxio* Arriano Episcopo rebaptisatus, Christianos persequitur in tantum, ut suæ Potestatis decreto Monachos militare, nolentesque fustibus iuberet interfici.

Hoc tempore gens *Hunorum*, diu inaccessis seclusa montibus, repentina rabie percita exarsit in Gothos, eosque sparsim conturbatos, ab antiquis sedibus ultra Danubium expulit.

Qui a *Valente* imperatore sine armorum depositione suscepti, mox fame per avaritiam illius ad rebellandum coacti sunt, victoque Imperatoris exercitu, per Thraciam discurrentes, omnia caedibus, incendiis, rapinisque vastarunt.

*Ambrosius* & *Martinus* Episcopi claruerunt & Gothi hæretici facti sunt.

Eo tempore gens Alamannorum prava ac pessima rebellaverunt contra *Valentinianum* Imperatorem. Qui victi ab eo, super Danubium fluvium fugerunt, & intraverunt *Maotidas paludes*. Dixit autem Imperator: Quicumque potuerit introire in paludes istas, & gentem istam pravam eiecerit, concedam eis tributa donaria annis X. Quod audientes Troiani, qui reliquæ erant exercitus *Antenoris* fugientis de Troia, & eum sequi non valentes, XII. milia ingressi *Maotidas paludes*, iuxta terminos *Pannonia* ædificaverunt civitatem nomine *Sicambriam*, habitaveruntque illic multis annis, donec creverunt in gentem magnam. Ingressi propter remissionem decennium tributorum post Alamannos, interfecerunt eos. Tunc appellavit illos Troianos *Valentinianus* Imperator Attica Lingua *Francos*, hoc est, *feros* a duritia vel audacia cordis eorum. Postea egressi a *Sicambria*, venerunt in Germanicam iuxta *Rhenum* fluvium, habentes super se duos Principes, *Friamum* & *Antenorem*. Qui rebellantes contra Romanos, victi sunt ab *Aristarcho* principe militiæ & tributo subiecti, occisis utrisque prædictis principibus. Mortuo autem *Sunone* filio *Antenoris* & *Marcomire* filio *Friami*, qui super *Francos* defunctis Patribus regnaverunt, elegerunt *Faramundum* *Marcomiris* filium, & elevaverunt eum super se regem crinitum. Exhinc *Franci crinitos reges* habere ceperunt, usque ad *Hildericum* Regem, cuius *Pippinus* qui *maior Domus* vocabatur, *Magni Caroli* pater, regnum simul cum nomine rapuit.

Mortuo *Faramundo* regnavit *Chlodio*.

Post *Chlodionem* *Merongus*, a quo *Franci Merongi* vocati sunt.

Post *Merongum* filius suus *Heldericus*, Pater *Chlodovei* Regis incliti regnavit.

Hic *Chlodoveus* a beato *Remigio* primus *Francorum* regum cum omni exercitu baptisatus, expulit *Ægidium* Consulem Romanum, filiumque eius *Siagrium* occidit, tulitque *Martiano* Imperatori, quicquid Romani intra *Rhenum* & *Ligerem* fluvios possidebant.

Post mortem *Chlodovei*, quatuor filii eius regnum eius inter se diviserunt æqualiter, id est, *Chlodovirus*, *Hildibertus*, *Lotharius*, & *Hugo*. *Theodoricus*, de concubina genitus, qui, data terra *Thuringorum*, maxima ex parte, *Saxonibus*; qui remanserant, *Thuringos*, regis territorii fecit tributarios in porcis.

Mortuo *Theodorico* regnavit *Theobertus*.

Post illum *Theobaldus*.

Mortuo *Theobaldo* regnavit *Lotharius*.

Post